 pellati/ppter ppinquitatē generis christi  
 qui et nazarei fuerūt ex vico cochaba iudeo-  
 rum: quiq; p oēm regionē circūeuntes/or-  
 dinē supradicte generatiōis/partim me-  
 moriter/partiz etiā ex diez libris inquātū  
 erat possibile perdocebant. Quibus ita a  
 nobis inquātū diligentia potuit perscu-  
 tatis: euidentissime euangelioz per hoc ve-  
 ritas declaratur. Hec sūt que ab africano  
 didicimus. Hoc itaq; mō in ioseph patrū  
 generatione deducta/dubitari iāz nō pōt  
 de Maria/qui eiusdē generis atq; eiusdē  
 tribus extiterit. Siquidē scdm̄ legē moy-  
 si nō licebat i diuersas tribus nuptias pmi-  
 sceri: sed vni ex eodē populo atq; ex eadēz  
 familia innupta precipit copulari: ut ne p  
 mixtione cōiugii/etiā sors hereditatis de-  
 ducatur indubium: et de alia tribu contra-  
 fas ad aliam transferatur: sed de his satis  
 dictum est.

¶ Capitulu; vii. de nece infantium a pud  
 Bethleē et magozū presentia.

Christo igitur secundum prophetie fidez nato in bethleem iude temporibus supra dicti/herodis de orientis partibus aduentantes quidam viri ex magorum gente/percutant ab herode/ubnam esset rex qui nuper natus est iudeorum; affirmantes vidisse se stellam eius in oriente/que sibi etiam dux itineris extitisset: cum vero tante operationis/adorandi ac venerandi nuper editi regis esse. Quibus ille auditis incredibiliter deterret/peuens/ne status sui periclitaretur in perniciosis Accersitis ergo legis doctoribus percutatur ubi christum nasci sperarent. Et vero ex michee oraculis/locus natiuitatis eius apud bethleem designatus est: uno precepto rex omnes lactantes pueros non solum apud bethleem/sed et in omnibus finibus eius a bimis et infra/secundum tempus quod explorauerat a magis interim iubet: si quomodo etiam iesum cum equis possit extinguere. Sed preuenit regis insidias puer adductus in egyptum/parentibus de dolo regis angelo prenuuntiate communitis.

Capitulum. viii. de cruciatibus ipsius herodis qui necari iussit infantes.

Enim hec etiam sacris euangelii vocibus edocemur: sed opere precium est/crudelitatis herodis in christum et equos eius videre mercedem. Statim namque nec mora proelio in eum diuina conuertitur/que non solum presens inferret exitum: Verum et quibus post interitum supplicium esset cruciandus ostenderet. Longum est/si prosperitates imperii eius quibus ad illud tempus usque pollebat/domesticis referat cladibus obscuratas. Ignominiam matrimonii/funera liberorum/quorum tamen ipse extiterit parricida. sororis etiam propinquoque omnium/si exequar clades: tragedia magis quam hystoria texi videbitur. De quibus tamen si quis scire vult: iosephus plenius refert. Ergo cum pro sacrilegio quod in saluatorem commiserat/et scelere quod in equos eius pegerat/ultio eum diuina prouideret in mortem: quem dederit exitum non puto idcirco: si ipsius iosephi in septimodecimo libro antiquitatum hec referentis/sermonibus explicemus. Herodem (inquit) porro amarior indies morbus prouigebat/supplicia amissi dudum sceleris expetens

Leto namque igne extrinsecus in superficie corporis prebatur/intrinsecus vero vastum condebatur incendiū. Quidditas inexplebilis semper ierat cibi. nec tamen saciari unquam rabidis incitata faucibus valebat in gluuies. Intestina intrinsecus ulceribus obsepta: doloribus quoque colici quam maxime cruciabatur. Humor liquidus et luridus erga pedes tumidos oberrabat/et ab inferioribus partibus pubetenus tumore distentus. Sed et perenda ipsa putredine corrupta/scatere permixtus Spiritus quoque incredibilis inflatio/et fetida go obscena satis et execranda. His autem omnibus doloribus fetor dirior/vel ex mēbrorum putredine/vel ex respiratioe anhelitus reddebatur. Ita ex omni parte cruciatibus fessio/nulle sufficere vires ad tollerantiam poterant. Dicebant ergo tunc quibus diuinandi pericia est diuinitus has penas ab imperatore deo ob multa eius impietate et crudeliter gesta deposci. Hec quidem in supradicta hystoria refert vir de quo paulo ante memorauimus. Sed in secundo libro idem hystoriographus silia nichilominus de eodem scribit hoc modo dicens. Post hoc vero omnino corpus eius morbus inuadens/diverso eum sibi met corruptete genere predicabat. Febris namque/vna parte letata perabat/ purigo ex alia parte intolerabilis per omnem corporis diffusa superficie. Colici quoque creberrimus dolor/pedes pubetenus hydrophis obsederat tumor. Verenda corrupta putredine/et scatentia permixtus horrescebant. Inflationes etiam tortuosi spiritus/et crebra suspiria conuulsis admodum producta visceribus: ita ut diceret a partibus/non morbi corporis hec sed diuine ultionis esse supplicia. Quibus cum tot morbis etiam feralibus prouigetur/tamen spiritum adhuc viuendi gerens/de medicis atque remediis cogitabat. Denique transito iordane aquas calidas que apud calleroen sunt prebatur: que etiam potantibus commode dicuntur. Visum est autem medicis etiam oleo calido omnino corpore fouendum. Cumque depositus fuisset in huiusmodi fomente/ita resolutus est omnibus membris/ut etiam oculi ipsi e suis sedibus soluerentur.

**Capitulum. ix. de crudelitate Herodis quā mortis sue tēpore perpetravit.**

**E**xportat ex inde hiericho: et famulorum planctibus amonitus / ubi desperare cepit: militibus quodē quinquagenas dragmas diuidi iubet. Ducibus vero et amicis suis / plurimum pecunie largit. Ipse autē furore iam plenus / et ipsi ut ita dicā minitans morti / fert in facinus execrabile. Etenim ex singulis quibusque vicis vel castellis si quod nobiles et primarii erant viros ex omni iudea ad se colligi / et recludi iubet in loco quod dicitur hypodromus. Accersita tū sorore sua salome atque eius viro nomine alexa: Noui inquit iudeos de meo interitu gauisuros: sed potero habere lugentes et exequias honorabiles ex plangentium multitudine / si volueritis vos meis parere preceptis. Nos omnes quos in custodia haberi iussi totius iudee nobiles viros. statim ut ego spiritum exalauero interficite / in hoc ipsum militibus preparatis: ut omnis iudea et omnis domus etiam iuxta defleat obitum meum. Et post pauca idem iosephus ait. Rursus autē / nam et sibi auaritia et tussis conuulsione distēdebatur. Cū ex dolorum violentia iam vite exitum adesse sentiret: malo accepto cultrum poposcit. Solebat enim per se metipsum purgatum sic pomum atque icium edere. Tūc deinde circūspectans ne quis esset qui prohiberet / eleuauit in semetipsum dexteram: ictumque librauit. Adhuc idem prosequitur scriptor / quod paulo antequam nouissimum spiritum redderet / tertium post duos quos ante necauerat filium suum preceptis impiis iugulasset: atque ad ultimam lucem sicut non absque maximis doloribus corporis. ita etiam nec absque parricidii piaculis aufugisset. Talis igitur herodis extitit finis: quo digna supplicia scelere quod in bethleem erga paruulos gesserat. et per insidias domini nostri ac saluatoris exacte.

**Cap. x. de archelai regno post herodem**

**E** successionem vero eius / historia nos euangelica pdocet / quod postea quod per angelum comonitus ioseph / sublato puero et matre eius de egypto rediit ad terram iudeam. Audiens inquit euangelista / quia archelaus regnaret pro herode patre suo / timuit illorum. Comonitus autē in sonis: abiit in partes

galilee. Huic autē euangelice veritati consona scribit etiam supradictus historiographus diligent hoc exequens. quomodo ex testamento herodis patris sui / adiudicate est cesare augusto / regni iudeorum successor extiterit archelaus: et ut post decem annos imperio deuolutus sit: utque philippus et herodes iunior frater cum lisania / in tetrarchias diuisum iudee regnum regebant.

**Capitulum. xi. quod falsa est acta quod iudei perferunt est iosephi testimonio ex consonatione temporum conuicantur.**

**D**e quoque ipse historiographus in decimo octauo libro refert: duodecimo anno tiberii cesaris (qui augusto septem et quinquaginta annis principatu posito successerat) pontifex pilatus iudee procurator electus fuisse: atque inibi per decem continuos annos usque ad ipsum pene finem tiberii perdurasse. Ex quibus omnibus signum est impudens euidenter arguitur actorum quod recentis perfecta plasmate aduersus christum dominum perferuntur. In quibus primo omnium temporis ipsius ratio / coarguit falsitatem. Quarto namque consulatu tiberii (quod consulatus septimo anno imperii eius fuit) piaculum saluatore commissum tempus / falsa hec acta perscribunt. Quo in tempore euidenter ostendit ne missus quodē adhuc ad iudee procuratorum ne pilatus / secundum iosephi probatissimi historici testimonium. Qui plenissime designat duodecimo anno tiberii cesaris iudee procuratorum suscepisse pilatum. Consonanter autē in his cum historico euangelista concordat: qui decimo dicens anno tiberii cesaris (in quo quartus erat pilati procuratorum annus / cum etiam iudee tetrarche haberentur herodes et lisias philippus) dominus et saluatore nostrum iesum christum et fuisse annorum triginta: quando ad iohannem baptistam aduenit. Tūc etiam initium euangelice predicationis instituit.

**Cap. xii. quod a pontifice Anna usque ad Caypham quattuor pontifices fuerunt et singulis annis administrauerunt pontificatum: in quibus predicatio christi completa est.**

**E**fert autē eum diuina scriptura / omne doctrine sue tempus exegisse sub pontificibus anna et caipha: quo scilicet ante pontificatus tempore incipiente / docere cepit: et usque

ad inittū caiphe ptenderit. In quibus spa-  
ciis vix toti quattuor cōcludūtur anni. Le-  
galibus porro pceptis / iam p illud tēpus  
vi et abitione cessantibus / nulli q̄ppe pōti-  
ficat⁹ honor vite vel generis merito red-  
debatur. Sed romana potestate aliis nūc  
itē aliis sūma sacerdotū prestabat: ita vt  
annuis successionib⁹ mutarētur. De  
niqz idē iosephus refert quattuor per ordi-  
nē vsqz ad caiphā pōtificatus officio post  
annā esse perfunctos / bis verbis scribens.  
Valerius gratus anna sacerdotio detur-  
bato ismabelū pōtificē designauit filium  
baffi. Sed z hūc nō multo post abiciēs. ele-  
zarū ananie pōtificis filiū pōtificatui sub-  
rogauit. Post annū vero etiā hūc arcet of-  
ficio: z simoni cuidā caiphi filio pōtificat⁹  
tradidit misteriu: quo nō apli⁹ z tpe q̄vni⁹  
anni spatio pfunctus iosephum (cui et ca-  
pas nomē fuit) accepit successorē. ac p hoc  
oē tps qd̄ dñs z saluator nr̄ i tris docuisse  
pscribitur / itra quadrienni tēporis spacia  
coartat. In quo quattuor iste quas ioseph⁹  
memorat successiōes pontificū euz descri-  
buit / vix per ānos singulos mīstrate. Cō-  
sonanter igitur secūdū ea que scripsit / cai-  
phaz pōtificē anni illius quo saluator pas-  
sus est / etiā euangeliū scriptura designat.  
Ergitur dñs z saluator noster non multo  
post inittuz p̄dicationis sue / duodecim ex  
oibus discipulos assumpsit. Quos et cete-  
ris sectatoribus suis preferens / speciali /  
quodam electionis priuilegio apostolos  
noīauit Cuius nomis virt⁹ / missos indi-  
dicat. Sed z alios post hos elegit septua-  
gintaduos: z ipsos binos per loca et vrbes  
ad quas ipse accessurus erat p̄misit.

Ca. xiii. de iohāne baptista testimoniū  
iosephi z q̄ asserit eū iustū fuisse z ob eius  
nec ē vindictā in iudeos esse prerogatam

Erū breui interiecto tēpore / iohānes  
baptista ab herode filio herodis capi  
te pugnū. De quo z in euangeliis quidez  
refertur. Cōcordi vero testionio etiā iose-  
phus de hoc scribit: nominatī etiāz de he-  
rodiade cōmemorās / velut de cōiugio fr̄is  
philippi viuentis violēter abstracta / z su-

is ab herode incestis nuptiis sociata / pro-  
pria z legitima vxore depulsa: quā herodi-  
adez filiaz fuisse dicit arethe regis arabie:  
ppter quā etiā iohāne baptistā ab eo p̄me-  
morat iteremptū. Bellū quoqz exortū in-  
ter arethā dicit z herodē / tanq̄ ob ignomi-  
niā filie vindicandaz. In quo bello exer-  
citiū refert herodis extictū. Nec aut oīa ac-  
cidisse / ppter piaculū qd̄ i nece iohis admī-  
sit. Idē quoqz ioseph⁹ iustissimū sup oēs  
iohāne fuisse secūdū euangeliōz fidē / z ab  
herode ppter herodiadē capite cesū refert.  
Propter quaz etiā / regno eū me morat  
esse depulsum atqz in exiliū apud viēnam  
gallie vrbe trusum. Nec i octauodecimo  
antiquitatū libro bis ipsis quibus ifra an-  
notatū est sillabis scribit. Quibusdaz (in-  
quit) iudeoz videbatur ideo perisse hero-  
dis exercitiū q̄ i eū satis iuste vltio diuina  
cōmota sit / p̄dicta iohis / q̄ vocat̄ bapti-  
sta: quē puniuit herodes spirū valde bonū:  
qui precipiebat iudeis virtuti operaz dare  
iusticiāz inter se inuicē custodire / et in deū  
seruare pietatē / per baptisimū in p̄nū coire  
Hoc enī pacto baptisimū acceptabile fore:  
si nō soluz ad abluenda peccata sumatur:  
verū et ad castimoniam corporis atqz ad aīe  
iusticiam purificationēqz seruetur / ōni-  
umqz pariter p̄tutū / velut signaculū z cu-  
stodia quedam fidelis habeat. Que cum  
ab eo p̄cepta huiuscemodi docerentur: at-  
qz ad audiēdū eū per plurima multitudo  
cōcurreret: perit⁹ herodes ne forte doctrine  
eius persuasione populū a suo regno desci-  
scerent (Videbat eū q̄ p̄ceptis ei⁹ ac mo-  
nitis obedire in oibus plebs esset parata)  
melius credidit prius q̄ noui aliquid fieret  
anticipare hominē nece: q̄ postmodū tur-  
batis rebus / seram penitudinē gerere. Ex  
sola igitur suspitione herodis / vinctus i ca-  
stellū macherōta adducitur iohēs: ibiqz ca-  
pite obrūcatur. Hactenus de iohē. Sed et  
de saluatore nostro dño in eisdē hystoria-  
rū suaz libris idē iosephus ita scribit.

Ca. xiiii. de testimonio iosephi de xp̄o.

Vit autē hisdē temporibus iesus sa-  
piens vir / si tamen virū eum noīari

fas est: erat enim mirabiliū operū effectoz: doctorq; hoīm eoz qui libenter que vera sunt audiūt. Et multos quidē iudeozum/ multos etiā ex gentilib⁹ sibi adiūxit. Chri⁹ stus hic erat. Hunc accusatione primozū nostre gentis viroz/ cū pilatus in crucem agendū esse decreuisset/ nō deseruit eos q̄ ab initio eū dilexerāt. Apparuit enim eis tertio die iterū viuis: secundū q̄ dicitur i spi rati pphete/ vel hec vel alia de eo innumera mihi acula futura esse p̄dixerāt. Sed et i ho diernū diē/ christianoz qui ab ip̄o nūcupa ti sunt/ et nomē p̄seuerat et genus. Nec cuz ipse hebreoz scriptoz olim suis libris inser ta/ tam de iobāne baptista q̄ etiā de dño et saluatore nostro tradiderit: quod vltra ef fugium: que excusatio ipudentib⁹ et p̄fi dis remanebit: quo min⁹ de falsitate ge storū que postmodū cōfixerūt/ apertissime cōuincantur: Sed de his ista sufficiant.

¶ Apostolorū autē dñi et saluatoris nostri noīa que referuntur ex ipsis euangelis oī bus palā est. Septuaginta vero discipuloz vocabula/ nusq; q̄ vidē reperimus scripta. Dicitur tamē vnus ex ipsis esse barnabas cuius etiā in actib⁹ apostolorū mētio fa cta est. Sed et paulus nichilominus scribens meminuit eius: deniq; ipsū dicit esse qui cū iosthene et paulo corinthis scribit. Clemēs vero i quarto d̄sp̄tationū libro cephe mentionē facit/ de quo paul⁹ dixit. Cū autē venisset cephas in tiochiā/ i faciē ei restiti. Et dicit eū vnū esse ex septuagin ta discipulis/ cognōie petri et apostoli. Sed et mathiam ex ipsis esse dicit/ qui pro iuda apostolorū numero subrogatus est. et eū q̄ cū ipso est statut⁹ ad sortē. Tatheū quoq; vnū ex ipsis fuisse tradūt. De quo et hysto riam que ad nos vsq; puenit/ exponere ne cessariū duco. Nam et plures quā septua ginta fuisse discipulos saluatoris iuenies: si obserues ea que paulus indicat dicens post resurrectionē apparuisse dñm primū quidē cephe/ postea illis vndecim et post hos āplius quā quingentis fratribus simul. Ex q̄bus quosdā dormisse dicit/ plurimos autē adhuc premanere/ eo tēpore quo hoc

scribebat. Post etiā dicit eū visuz esse iaco bo/ qui erat vn⁹ ex iis qui fratres saluato ris appellabant. Tum deinde/ tanq̄ p̄ter hos duodecim/ ad eoz tamē similitudinē essent alii quidā apostoli/ sicut et ipse erat paul⁹/ addit et dicit. Postea apparuit apo stolis omnib⁹. Nouisse autē visus est mi chi. Sed et de his ista sufficiant.

¶ Capitulū .xv. de narratione abagari regis.

Ratio vero quā de tatheo p̄missim⁹ hūc hēt modū. Dñi et saluatoris nr̄i iesu xp̄i diuinitas/ cū p̄ mirabili p̄tutis ope per omnē locuz celebraretur: in numeros tam de vicinis q̄ de peregrinis et lōge po sitis/ pro remedioz et cure virtutib⁹ inuita bat/ si qui p̄cipue morbi alicuius egritudi ne laborarent. Unde rex quidā abaga r⁹ nomine/ gentis vltra eufraten posite principatum nobiliter tenēs/ morbo quo dam corporis irremediabili quantuz inter homines tenēbatur. Qui cū de noīe iesu et de mirabilibus virtutū ei⁹ audisset: sup plex ei per epistolam factus exorat misso i rem homine diutini morbi vinculis quib⁹ tenebatur absolui. Sed ad presens quidā a dño corporis eius cura differtur. Dign⁹ tamē efficitur rescripto eplē saluatoris: et In qua simul etiā p̄mittitur ei/ q̄ nō mul to post desiderii sui cōsequeretur effectum. Deniq; post resurrectionē atq; ascensio nem dñi ad celos/ thomas apostol⁹ ex cō monitione diuina/ tatheū quendā vnū ex septuaginta discipulis/ ad edissenā ciuita tem euangelistam et predicato rē verbi del emittit/ simul et que a dño p̄missa fuerant impleturum. Hoc in archiuis publicis e dissenē ciuitatis in qua tūc supradict⁹ ab agarus regnauit/ ita descripta reperimus in his cartis que gesta regis abagari ser uata antiquitus cōtinebant. Et vt euidēs dictoz veritas fiat: ipsarū exemplaria epi stolarū ex siroz lingua translata ponem⁹. Exemplar epistole scripte a rege abagaro vel toparca ad iesū/ et misse hierosolimaz per ananiam cursozem.

¶ Cap. xvi. de eplā abagari ad dñm iesum

missa hierosolimā p̄ ananiā cursorē.

Abagarus p̄bame filius toparca/iesu saluatori bono qui aparuit in locis hierosolimoz. salutē. Audītū michi est et de te z de sanitatibus quas facis/ q̄ sine medicamentis aut herbis fiāt ista per te. z q̄ per bo fr̄m cecos facis videre/ claudos ambulare/ et leprosos mūdās/ z imūdos spiritus ac demonia eiās. Et eos qui longis egritudinibus afficiantur curas z sanas. **Mortuos quoqz suscitās.** Quib⁹ oībus auditis/ id statui in aīo meo. vnuz esse de duobus/ aut quia tu sis deus z descēderis de celo vt hec facias/ aut q̄ fili⁹ dī sis q̄ hec facis. Propterea ego scribens rogauerim te/ vt digneris vsqz ad me fatigari/ et egritudinē meā qua iā diu laboro curare. Nā z illud comperi q̄ iudei murmurāt aduersum te/ et volūt tibi insidiari. Est autē ciuitas michi parua quidem sed honesta. q̄ sufficiat vtrisqz. **Exēplz rescripti ab iesu per ananiam cursorē ad abagarum toparcam.**

**Cap. xvii. exemplum rescripti ab iesu p̄ ananiā cursorē ad abagarū toparcā.**

Datus es qui credidisti in me/ cū me ipse nō videris. Scriptū est ei de me. quia hi qui me vident nō credent in me. et qui nō vident me/ ipsi credent z viuēt. De eo autē q̄ scripsisti michi/ vt veniam ad te/ oportet me oīa p̄pter que missus sum hic explere. et postea q̄ impleuero / recipi me ab eo a quo missus sum. Cū ergo fuero assumptus/ mittam tibi aliquē ex discipulis meis/ vt curet egritudinē tuā. et vitā tibi atqz iis qui tecū sunt prestet. **Erāt autē his epistolis/ adiunctū etiā hoc/ lingua sīroz quod infra scriptum est.** Postea vero q̄ iesus assumptus est/ misit ei iudas qui et thomas/ tatheū vnū ex septuagīta. Qui cum venisset/ manebat apud thobiam filiū um tobie. Et autē audiuit de eo abagar⁹: et nūciatū est ei q̄ venisset apostolus iesu secundū qd̄ ei scripserat: Cūqz cepisset tatheus in virtute dei curare omnē lāguorē z infirmitatē/ ita vt oēs mirarent: Abagar⁹ consideratis mirabilibus q̄ faciebat/ recor-

datus est q̄ ipse esset de quo sibi iesus scripserat dicens. cū autē fuero assumpt⁹ mittam tibi aliquē ex discipulis meis/ qui egritudinē tuā sanet. Et vocās ad se tobiam apud quē manebat/ ait ad eū. Audiui q̄ vir quidā potēs venit et manet in domo tua: adduc eū ad me. Cūqz redisset tobias ad tatheū dixit ei. Abagar⁹ toparca vocauit me ad se/ z dixit michi. vt te ad eū pducā vt cures eū. Et tathe⁹. Veniā inq̄t qm̄ maxie p̄pter ipsū miss⁹ sū. Postera igit die tobias mane assumpto tatheo venit ad abagarū. Et cū fuisset igressus p̄sentib⁹ primatib⁹ suis/ statim in igressu visū est abagaro diuini nescio qd̄ splendoris ī vultu apostoli tathei. Quod cū vidisset abagar⁹/ adorauit tatheū. Sup quo amirati sūt oēs q̄ assiste bāt regi Ipsi enī nichil horū videbāt/ qz soli abagaro fu erat ostēsū: q̄ et dicere cepit ad tatheū. Vere discipul⁹ es iesu fili dei: q̄ michi dixerat/ mitto tibi aliquē de discipulis meis/ q̄ te curet z vitā tibi p̄stet. Et tathe⁹ respōdit. Quia magnifice credidisti ī eū q̄ me misit/ p̄pterea missus suz ad te: Et si p̄maneris in fide eius z credulitate: prestabū tibi oīa desideria cordis tui. Tū z abagarus ad eū. Usqz a deo inq̄t credidi ei: vt z iudeos qui eū crucifixerūt/ veli si vlla michi a desset tanta exercit⁹ copia trucidare: et si nō romanū regnū auctoritas īpediret. Et tatheus ait ad hec. Dñs noster voluntatē p̄ris sui impleuit. Qua impleta assumptus est rursus ad p̄rez. Dicit ei abagar⁹. Ego scio z credo ī eū z ī patre ei⁹. Et tathe⁹ p̄pt̄ ea inq̄t pono manū meā sup te ī noīe eius. Et cū hoc fecisset: statim oī egritudinis morbo quo tenebat absoluit. Mirat⁹ est abagar⁹/ q̄ sicut p̄bis audierat de iesu/ ita z rebus et opib⁹ repit per tatheū discipulū ei⁹ impleū/ q̄ eū absqz medicamētis z herbis curaret. **Hō solū autē illū: sed z abdon quē dā abdie filiū podagra laborantē/ cū se vestigū ei⁹ aduolueret/ man⁹ ipositioē sanauit. multosqz alios p̄bis illius ciues variis obesos sanauit incommodis. Et sic opa magna z admirāda p̄ficiēs p̄dicabat p̄bū dei.** Post hoc autē abagar⁹ ait ad tatheū.

Tu inquit cum virtute dei hoc facis: et nos omnes videntes miramur. Verum quomodo te narra mihi de adventu iesu/ quomodo factus sit/ et de virtute eius in qua faciebat hec que audivi.

Et tatheus. Hunc quidem taceam: verum quia verbum missus sum predicare/ crastino congrega mihi omnes ciues tuos/ et coram ipsis predicabo et seminabo in eis verbum vite: vel adventus iesu quomodo fuit/ et cur et qua de causa missus est a patre: et de virtutibus operum eius/ vel de mysteriis que locutus est in hoc mundo/ et in qua virtute/ hoc fecit. Sed et de nova eius predicatione/ et quod ita parvulus et humilis/ et quomodo ita se humiliavit/ et deposita maiestate parvifecit deitatem suam ita ut et in crucem subigeretur/ et in infernum descenderet/ et diruperet sepem quam a seculis nemo dirupat et mortuos suscitaret. Qui descendit quidem solus/ ascendit autem cum grandi multitudine ad patrem suum. Iussit ergo abagarus ut mature omnes ciues conveniret/ et audiret predicationem tatheus. et post hoc iussit dari ei aurum et argentum: sed ille non accepit dicens: Si nostra derelinquimus/ quomodo accipimus aliena. Hec non inutiliter ut puto a nobis ad verbum ex syrorum lingua interpretata: hunc in nostris libris tenebunt locum.

**Explicit liber primus:**

**Incipit liber secundus.**

Quod necumque oportuit velut in principis ecclesiastice historie designari/ siue de divinitate salvatoris/ siue de antiquitate nostre religionis ac vetustate doctrine et ut olim tradita sit christianorum que novella videtur institutio: sed et de adventu ipsius domini et salvatoris nostri nuper impleto/ ac passionibus consumato/ de apostolorum quoque electione/ superiore libello quanta potuimus brevitate perstrinximus. Age iam nunc que etiam post ascensionem eius consecuta sunt videamus. partim divinarum scripturarum testimoniis edocetes/ partim extrinsecus ex iis que fideliter in commentariis (qui ad memoriam posteritatis inveniuntur sunt)

comperimus approbantes.

**Capitulum primum de vita et institutione apostolorum post ascensionem christi.**

Primus igitur in apostolatus per iudam proditore mathias sorte consecutus: qui erat unus ex discipulis domini/ sicut supra demonstratum est. Ordinantur autem et diaconi septem numero/ pro orationibus et manus impositione apostolorum/ ministerium viduarum gratia. In quibus stephanus: qui et primus post dominum statim post ordinationem suam lapidatur ab iis qui et dominum occiderunt: per quod et nominis sui stephano corona donatur a christo. Tunc deinde iacobum/ qui dicebatur frater domini/ pro eo quod esset filius ioseph/ quem christi quasi pater habebatur: quoniam quidem desponsata ei fuerat virgo maria: que priusquam conveniret cum eo/ inuoluta est in pterio habens de spiritu sancto/ sicut euangelia prestant. Hunc inquam ipsum iacobum (qui et iustus cognominatus est ab antiquis) virtutum merito et insignis vite privilegio/ primum historie tradiderunt suscepisse ecclesie que hierosolymis est sedem: sicut clemens in sexto dispositionum libro asserit dicens. Petrus enim inquit et iacobus et iohannes post assumptionem salvatoris/ quamvis ab ipso fuerint omnibus prelati: tamen non sibi vendicant primatus gloriam: sed iacobum qui dicebatur iustus/ apostolorum episcopum statuunt. Idem quoque ipse in septimo eiusdem operis libro addit de ipso etiam hec: Jacobo inquit quem dicebatur iustus: et iohanni et petro/ post resurrectionem/ dominus omnem scientiam tradidit: et ipsis ceteris apostolis: qui apostoli illis septuaginta discipulis tradiderunt: ex quibus unus erat et barnabas. Duos autem fuisse iacobos constat. Unum hunc iustum qui de pinna templi deiectus/ fullonis pectore percussus est/ et morti traditus. Alius autem est ille qui ab herode capite cesus est. Huius ergo iusti Jacobi etiam paulus meminit cum scribit: Alius autem inquit apostolorum vidi neminem: nisi iacobum fratrem domini. In hoc ergo tempore/ etiam tatheus (de quo supra memoravimus) secundum domini preceptum ad regem abagarum missus/ ipsum quidem egritudine morbi corporalis absol-



apud ethio  
pes femine  
seminum  
viris

uit Aniuersam vero ciuitate edessenorum  
xpo dno / fidei satis credulitate sociauit  
ita ut in hodiernu die ciuitas illa (quippe  
que ipsius dñi z saluatoris meruit scripta  
suscipere) velut speciali quadã xpo deuoti  
one dicata sit. ¶ Intea persecutio prima  
aduersus ecclesia dei que hierosolimis fa-  
cta est sub primo martyre Stephano / oēs  
discipulos (exceptis duodecim) perniuer-  
sam iudeã samariaqz dispit / seu poti⁹ ut  
sancta scriptura indicat disseminauit. Ex  
quibus nonnulli ad fenicē / et vsqz ad cypriū  
atqz antiochiã deuenerūt: qui gentibus q̄  
dem credere misteriu fidei nõdũ audebāt:  
iudeis tamē predicabant. Interea saulus  
adhuc pastabat ecclesiaz / ingrediens do-  
mos: et p̄trahens viros ac mulieres trade-  
bat in carcerē. Sed philippus qui erat vn⁹  
de septē cū Stephano diaconus ordinat⁹  
descendit samariã: virtute dñi repletus. et  
predicabat primus verbũ dei samaritane  
genti. In quo tanta erat diuine gratie effi-  
catia: ut etiã simonē magũ suis pdicatiõis  
bus cõsternaret: qui per idē temporis / cele-  
bris fame apud samaritanorū populos ha-  
bebatur: ita ut virtus dei magna esse puta-  
retur. Sed is cū vidisset signa et miracula  
que a philippo per diuine gratie potesta-  
tem fiebant / obstupefactus z territus ces-  
sit: et credere se in xp̄z vsque quo etiã baptis-  
mũ acciperet simulauit. Quod reuera mi-  
rari dignũ est: hodieqz eodē ordie fieri ab  
his qui velut hereditariã ab illo simulatio-  
nē secte ipurissime susceperūt. q̄qz auctoris  
sui artibus instituti / ecclesia fraude quali-  
bet ingressi / lauacru furant et sancta nra  
velut alicuius morbi cõtatione cõmacu-  
lant. Serpit enī eorū venenatus sermo si-  
cut lupo in gregib⁹: et occultis verborum  
morsib⁹ / incautis letale virus infundit: do-  
nec noxias eorū latebras / diligētia pastoris  
inuestigatas educat ad lucē. Sicut et ipse  
Simon / petri industria cõprehensus / pe-  
nã quam merebat̄ expendit. ¶ Veruz per  
dies singulos augete p̄dicatione ver-  
bi diuini / per dei p̄uidentiã ex ethiopia re-  
gionibus adest quidã regine gentis illius

prepositus (Moris q̄ppe est illi natiõis / eti-  
am nũc a feminis regi) tanq̄ vota in hie-  
rosolimis redditurus. ¶ Huc philippus re-  
sponsis sanctis p̄s iustus / primo ex oibus  
gentibus misteriu fidei z sacramentũ ba-  
ptismi tradit: z velut quasdã eum deo pri-  
mitias oim cõsecrat nationũ. ¶ Huc opinio  
tenet ad patriã terrã regressuz / scientiam  
dei sũmi / z salutarē dñi nostri prescientiaz  
indigenis gentibus sicut sibi tradita fue-  
rat pdicasse. In quo rebus ip̄s cõpleta est  
per eum p̄phetia que dicit: Ethiopia p̄ue-  
niet manus eius deo. Dũ hec ita aguntur  
Paulus pas electionis. nõ ex hoibus neqz  
per hoiem / sed per reuelationē Jesu chri-  
sti z dei patris qui eũ suscitauit a mortuis  
i apostolatũ vocat / celesti ad se voce dlata  
¶ Ca. ii. qualiter tiberius de xpo edoct⁹ est  
a pilato z cõmonitus.

¶ Interea cū per omnē iam locũ de re-  
surrectione et mirabilib⁹ dñi nri Jesu  
christi: z de ascensione eius ad celũ felix fa-  
ma loqueret̄: ac per oim aures beati hui⁹  
rumoris volueret̄ opinio: z qm̄ antiq̄ mo-  
ris erat apud romanos / ut puinciaz iudi-  
ces: si quid forte noui in iis quas regebant  
puincias accidisset. vel p̄cipi vel senatui  
nũciarent / uti ne ex iis que gerebant̄ igno-  
rare aliquid viderent̄: De resurrectione a  
mortuis dñi z saluatoris nostri iesu xp̄i / q̄  
tam in omnē locũ fuerat puulgata / Pila-  
tus tiberio p̄ncipi refert: sed et de ceteris  
mirabilibus eius: Et ut post mortē cū re-  
surrexisset a quã plurimis itaz deus esse cre-  
deretur. Tiberius que p̄pererat / retulit ad  
senatũ. Senatus aut̄ spreuisse dicitur: pro  
eo qd nõ sibi p̄ hui⁹ rei iudiciũ fuerit dela-  
tũ / z auctoritatē suã p̄uenerit vulgi sentē-  
tia. Lex enī erat antiq̄tus designata / ne qd  
apud romanos deus haberet̄ / nisi senatus  
decreto z sentētia cõfirmatus. Porro aut̄  
provero hoc erat quod agebat̄: ne diuina p̄-  
tus hũanis putaret̄ assertoribus indigere  
Lũqz scdm̄ ea que supra dixim⁹ tenuisset  
senatus: Tiberius tamē tenuit sentētiã  
suã: ne qd aduersuz doctrinã xp̄i p̄trariuz  
moliret̄. ¶ Hec tertulianus p̄r z legũ z insti-  
b lii

tutionis romanarum pitissimus/et inter nostros scriptores admodum clarus/in apolegetico suo quod aduersum gentes pro nostra fide scribit/hoc modo retulit: ut de origine inquit aliquid retractemus/eiusmodi legum vetus erat decretum: ne quis deus ab imperatore consecraret/nisi a senatu probatus: sicut Marcus emilius de deo suo alburno: facit et hoc ad causam nostram/ quod apud vos humano arbitratu non unitas pensitatur. Et nisi homini deus placuerit/deus non erit. Homo iam duppius esse debet. Tiberius ergo cuius tempore nomen christianum in seculum intrauit/annunciata sibi ex siria palestinaque que illic veritatem istius diuinitatis reuelauerat: retulit ad senatum cum prerogatiua suffragii sui Senatus que non ante ipse probauerat respuit. Cesar in sententia mansit: comminatus proculum accusatoribus christianorum: hec tertulianus. **Ca. iiii.** quomodo in omnem mundum breui tempore diffusa de christo predicatio est.

**A** Hod profecto diuina prouidentia/ita tunc cesaris sensibus ingessit: ut absque ullo obstaculo in ipsis duraret in istis/ euangelii sermo usquequaque percurreret. Unde et factum est ut repente quasi celitus lumen ostensum/ aut radius quidam solis erumpens/ totum orbem claritate superni luminis illustraret: ut compleret illa prophetia que dixerat/ in omnem terram erunt sonus eorum/ euangelistarum duraret et apostolorum/ et in fines orbis terre verba eorum. Ex quo et per omnes ciuitates ac vicos imense multitudines velut messium tempore frumenta ad areas/ ita ad ecclesias populi congregabantur. Quicumque illi a parentibus tradite sibi morbide superstitionis vinculis tenebantur/ per doctrinam christi simul et per virtutum miracula que fieri videbant/ recepta veritatis dei noticia/ tanquam a tyrannicis dominis liberati/ ad unum verum deum et dominum creatorumque suum. vetusti pernitentes erroris. fidei cum confessione veniebant.

**B** Cum igitur passim iam per omnes etiam gentium populos profusus effunderet diuina dignatio: primus cornelius apud cesaream palestine urbem maximam/ cum omni domo sua ad fidem christi petro ministrante perducitur. Jam inde quamplurimi et alii ex gentibus apud an-

tiochiam ad fidem veniunt/ eorum predicatione pertracti: quos predicatione aduersus stephanum commota/ disseminatos esse per omnem locum superius edocuimus. Per quos et apud antiochiam florentissima congregatur ecclesia in qua erant etiam prophetici ordinis viri quamplurimi: cum quibus et barnabas et paulus. Quibus omnibus pariter in gratia dei et unitate degentibus: ibi primum discipuli velut e perpetuo fonte sumptis vocabulo/ appellati sunt christianis. Qua tempestate agabus quidam vnus ex istis qui aderant prophetis/ famam magnam futuram diuinis presagiebat oraculis. Paulus vero et barnabas cum misisterio a fratribus collato quod sanctorum presbiterio deseruiret/ hierosolimam destinantur.

**Ca. iiii.** quomodo post tiberium gajus cesar regem iudeorum constituit agrippam.

Interea tiberius duobus et viginti circiter annis sui principatus exactis/ viuendi finem fecit. Post quem gajus imperium suscepit: et continuo iudeorum principatum tradidit agrippe: simul et philippo ac lisanie tetrarchias. cum quibus et paulus post herodi eidem pariter contulit. Iesus vero herodem qui et in nece iohannis auctor extiterat/ et in passione domini interfuerat multis excruciatum modis/ eterno damnat exilio. sicut iosephus in istis que supra inseruimus scribit.

**Ca. v.** qualiter filio pro iudeis suscepit legationem ad gajum.

Aliis temporibus filio insignissimus scriptorum florebat. qui non solum in nostra verum et in grecorum philosophia: primus interpretum habebat. Sic autem genere quidem a paupere hebreus. Apud alexandriam vero in omnibus claris et nobilibus viris clarior ac nobilior erat. In diuinis autem legibus et patris institutis quantum qualisue fuerit: ex istis que nobis librorum suorum tradidit monumentis/ omnibus clarum est. Quis enim digne valeat explicare: quanta eius in liberalibus litteris fuerit institutio: Quanta in philosophicis: Quantumque maxime in platonis et pythagoricis fuerit disciplinis: utque omnes et qui secum floruerant pene et qui precesserant superarit: Hic igitur ipse/ temporibus gajum

quanta iudeis acciderit mala/quinque voluminibus exponit. Sed et de eiusdem gaimentis insania commemorat: quod infantum superbie elatus sit: ut deum se voluerit appellari. In ipsis autem ubi de iudeorum cladibus refert suam quoque legationem/qua pro contributionibus suis iudeis detulit ad urbem romam describit. et quod porans apud gaium per patris legibus: nichil amplius quam irrisione retulerit domum/imo et pene periculum mortis incurserit. Sed et iosephus meminit horum in octauodecimo antiquitatum libro talia quedam scribens. Et quidem cum seditio apud alexandriam fuisset exorta inter iudeos et grecos termini ab utrisque partibus legati mittuntur ad gaium. In quibus pro parte grecorum/erat quidam legatus appion nomine. Qui cum in ceteris quam plurimis insimularet iudeos: tum maxime quod honorem cesari non deferret: ut moris est facere omnibus qui romanis fastibus subiacent. Hi ergo aiebat neque aras gaium/ neque templa constituerent/ neque alia huiusmodi in quibus ei diuini honores a provincialibus deferuntur. Sed soli sunt qui neque statuas ei decernant/ neque sacramentum nominis eius obseruent. Cumque hec et alia grauiora allegaret appion/ per que concitari crederet gaius/ Silo qui legationi preerat iudeorum/ vir in omnibus magnificus/ alexandri alabarche frater: philosophie non ignarus/ potentissime purgauit obiecta. Sed abiicit eum gaius: et iubet ilico e conspectu suo abscedere: dum iracundia repletus/ secum ipse rimatur quid in eos conferat mali. Egressus autem Silo cum iniuria/ ait ad iudeos qui sibi astabant. Bo-  
no animo nos esse oportet. quibus iratus  
est gaius. quia necesse est adesse diuinum/  
ubi humanum cessat auxilium. Hec quidem iosephus. Sed et idem Silo in ipso libro quem de sua legatione conscripsit. sigillatim de omnibus que a semet gesta sunt refert. Ex quibus illa sola commemorabo: que legentibus euidenter in iudeos diuinam per piaculis que aduersus christum ausi sunt indicent ultionem.

**Ca. vi.** quanta acciderit iudeis mala post irrogatam christo morte.

**Rimo** quidem temporibus tiberii

refert in urbe roma Seianum quendam magni apud imperatorem loci: vniuersarum eorum gentem/ summo nisu interimere voluisse. In iudea autem pilatum sub quo in saluatorem facinus admissum est/ dum templum quod in hierosolymis tunc adhuc manebat integrum perphanare tentaret maximis eos perturbationibus agitauisse. Sed et post tiberii occasum/ refert successorem eius cum ceteris quam plurimis. tum etiam iudeorum genti acerbissimum extitisse: quod presto est etiam ex ipsius scriptoris sermonibus discere. Multa quidem erat inquit in gailo ingenii prauitas: qua erga omnes homines. tum precipue erga iudeorum gentem ferebatur: et speciali quadam seuitia loca eorum que in diuinis habent supplicationibus consecrata. incipiens ab alexandria diripi et contra religionem moreque gentis perphanari iubet statuam suam et signis atque imaginibus ea replere. Templum quoque sancte ciuitatis/ quod solum manebat totius perphane contagionis intactum. et a maioribus perdurauerat asilum. commutare in templum perperam nominis ausus est: ut edes iouis nobilissimi noui dei gaili vocaretur. Sed et alias innumeras clades. et ultra omnes tragicos luctus apud alexandriam iudeis irrogatas esse sub gailo. in secundo operis sui de virtutibus libro vir memoratus exequitur. Hec non et iosephus consona huic de pilati temporibus scribens/ pro piaculis saluatoris que vniuersae genti acciderint mala/ audi ut etiam ipse in secundo iudaici belli defleat libro. Is autem ait qui missus est in iudeam a tiberio procurator pilatus/ noctu pelatas hierosolimam introferri imagines cesaris iubet ac statui. Quod ubi dies exortus est: magnam perturbationem iudeorum populis excitauit stupentibus et perturbatis ad nouam faciem rerum coniciebant namque ex hoc quod spernerent et conculcarentur iam leges sue/ et omnia instituta maiorum: quibus nichil tale haberi intra membra urbis illius fas erat. Sed hoc est nimirum in quo eos ipse confessionis sue velox predicta damnavit per eo quod scilicet euangelii relationem/ sicut gens proclamauit vniuersa/ non

**E** habemus regem nisi cesarem. ¶ Tum dei de idem scriptor aliā quoq; in eos delatā cōmemorat vltionē dicēs. Post hoc autē etiam aliā in eo accidit pturbatio: p eo q̄ sacrū erarium (qđ apud eos patria lingua chorbonas appellat) contra fas in vsus cōmunes publici aqueductus progari viderent: qui a trecētis stadiis deducebat. Pro quo nimia indignatione popul⁹ cōmouebatur. Cūq; adesset pilatus hierosolimis: audent adire eū/z clamorib⁹ fatigare. At ille qui p̄uiderat. seditionē futurā/militibus habitu plebeio obtectis armis/multitudini imiscuit: p̄cepto eis dato vti ne gladiis in sediciosos s; sustibus vterent. Igit̄ vbi tempus fuit/signo de tribunalib⁹ dato/cedi prosterniq; ceperūt. Nonnulli/verberantiū vulnerib⁹/plurimi autē duz in fugam conferti prouūt/propria constipatione percussi perire. Reliqui vero dispersi/z suozū funeribus deterriti/vim laboris silētio repressere. Multas p̄terea clades in hierosolimis eis obuēnisse dū nouis sp̄reb⁹ sediciosi⁹ studēt idē scriptor expōit: ostēdens q̄ ex admissi sacrilegii tempore/nūq̄ bella mortēq; cessarūt: vsquequo vltimū z exciabile maluz temporibus vespasianū eos obsidione inclusit.

¶ Capitulū. vii. vt pilatus sibi mortem conscuit.

Situr iudeos pro cōmisso scelere vltio diuina dānabat. Sedz ipse pilatus qui i saluatore iniqui iudicis functus officio est/isdē temporib⁹ gāi/tantis ac talibus maloz cladibus cruciat⁹ est: vt pp̄ua se manu transuerberās/nepariam vitaz vi abiēssse referat. Nec em̄ poterat tantū viciū minister impunitus euadere sicut i hystoriis grecoz reperimus. eoz dūtaxat qui olimpiadas scribūt z ānales rez gestarū libros ad posteritatis memoriā cōdunt

¶ Capitulū. viii. de fame tēporib⁹ claudii.

Teni gaio quattuor annis nec integris p̄ncipatu ministrato/claudii⁹ ip̄s ip̄eratoz succedit. sub quo fames satis dira vniuersuz orbē obtinuit. hoc tñ ita futurum/lōge ante nostri p̄phetie p̄dixerāt.

sicut in actibus apostolorū refertur agabi quendā p̄phetā famē magnaz futurā sub ip̄eratore claudio denūciasse. Verū lucas qui hec de agabo refert/cōiūgit etiā hoc q̄ per paulū z barnabā/fratres q̄ erāt antiochie/pro viribus vnusquisq; sū ptū miserit sanctis habitantibus hierosolimā: et post hoc addit dicens.

¶ Capitulū. ix. de martirio iacobi apostoli

¶ Illo autē tempore sine dubio tēpus quod sub claudio fuit cū fames erat designās. misit inquit herodes rex manus vt affligeret aliquos de ecclesia: z it̄ fecit iacobum frat̄ iohānis gladio. de hoc autē iacobo clemēs alexādrinus etiāz quā andā hystoriā dignā memoria in septimo dīsp̄tationum suaz libro scribit/perlatā ad se vsq; ex traditione maioruz: Quāquidem inquit z is qui obtulerat eū iudici ad martirū/iacobuz scilz/motus etiā ip̄se cōfess⁹ est se esse christianū. ducti sūt inquit ambo pariter ad suppliciiū: et cū ducerent̄/in via rogauit iacobum dari sibi remissionē. at ille parūper d̄ liberās/par tibi inq̄t/z osculat⁹ ē eū. Et ita ambo simul capite pleri sūt. ¶ Cap. x. vt agrippa z herodes apostolos p̄secuti diuinā p̄tinuo sēserūt vindictaz.

Ed tūc inquit vt ait scriptura diuina vidēs herodes qz de iacobi nece gratū eēt iudeis/addidit adhuc/z petrū cōiecit i carcerē: sine dubio ip̄m etiā punire volēs/nisi diuinū affuisset auxiliū. quo āgel⁹ noctu ei assistens/mirabiliter eū vinculoz nexibus absoluit/z ad ministeriū predicationis ire liberū iussit. z cū petro quidē hec gesta sunt: Regis vero facinus i apostolos perpetratū/dilationē nō patit vltiōis: sed continuo p̄index adest diuinitus dextera. sicut hystoria in apostolorū actibus cōscripta nos edocet. Cū inquit cesareā descendisset herodes/z in die solēni p̄clara veste regia indut⁹ pro tribunali consedit: ac de sublimi cōcionaret̄ ad pplm: cūq; popul⁹ acclamaret ei dei voces z nō hoīs: statim inquit percussit eū angelus dñi/eo q̄ nō dederit gloriā deo. Et scātēs vermib⁹ expirauit. ¶ Miraclo autē dignū ē/tātā p̄sonā

## Libet

ssam scripturaz diuinaz cū hystorogra-  
pho gētis illi⁹ dprehēdi: ipse etenī ioseph⁹  
de eisdē cōmemorās ī nonodecīo libro an-  
tiq̄tatūis q̄b⁹ ifra scriptū ē. hec sermonib⁹  
refert. Tercū inq̄t ānū iperīi totī iudee ex-  
pleuerat/cū forte cesareā q̄ p̄i⁹ pyrgostra-  
tonis vocabat/ aduenit. Abi cūz ī honore  
cesaris spectacula quib⁹ ederet/votiuo vt  
videbat saluti cesaris die: Cūqz illuc to-  
tī p̄rouicie vīri honore z facultatib⁹ p̄diti  
cōuenissent: sc̄do spectaculo die indutus  
veste fulgenti/ex auro argentoqz mirabi-  
liter cōtexta/icipiēte die p̄cedit ad theatrū.  
vbi cūz p̄imos solis radios argētee vestis  
gremio suscepisset: repercusso splēdore/du-  
plicatā spectatib⁹ lucē fulgor metallib⁹  
tis effudit: vt ī tuētib⁹ p̄stringeret acie ter-  
roris aspect⁹. Et p̄ hoc pl⁹ aliquid de eo q̄  
humane nature ē cū artifex arrogātia mē-  
tiret: Jlico adulātis vulgi cōcrepāt voces/  
honore sonantes/sed exituz ferentes. Et  
hinc atqz illū cab eis cōdamantib⁹ de⁹ cō-  
pellat/vtqz fieret p̄piti⁹ supplicat exorat:  
dicētib⁹ populis nūc vsqz vt hoīez te timui-  
mus: sed ex hoc iaz supra humanaz te esse  
naturaz fatemur. Sz rex acclamationem  
cōtra fas habitaz nō repressit: nec ī pietatē  
illicite adulationis exhorruit: donec respi-  
ciēs paulopost īminentē atqz īsistentē ca-  
piti suo videret angelū: eūqz sensit p̄tinuo  
exitū sui ministrū/quē p̄i⁹ nouerat p̄uiso-  
rem bonoz. Et ecce repēte cruciatus eū ex  
doloze īcredibili p̄tris atqz īflatione corū  
puit. Respiciensqz ad amicos/en inq̄t ille  
ego de⁹ vester/ ecce propelloz cōfesti detur-  
bor ex vita. Quoniā quidē diuina virt⁹ nu-  
per collatas ī me falsas arguit voces: et q̄  
modo ī mortalis dicebar a vobis: p̄cep-  
iaz iāqz rapioz ī mortē. Sed suscipiēda est  
sentēcia quam de⁹ statuit. Haz z viximus  
haud p̄tēnendū: z lōgeuitatē q̄ beata puta-  
ta expleuim⁹. Et cū hoc dixisset vī doloris  
vehementius agitatur/īstanter ad palatūz  
reportat. Cūqz diuulgatū eēt eū p̄pe diē  
moriturū/ingēs multitudo totī etatis et  
sexus conueniēs/moze patrio supra cilicia  
strati/omnipotēti dō pro regis icolumita

## Secundus

te supplicabant. Omnis aut dom⁹ regia  
planctibus z gemitibus p̄sonabat. Cū in-  
terim rex ipse ī excelsō solario recubans/z  
deorsū respiciēs/ac p̄onos p̄stratosqz oēs  
cūz fletib⁹ p̄uidens/nec ipse q̄dē tēperabat  
a lachrimis. Verū cōtinuis quinqz diebus  
ventris doloribus cruciatus/vitaz violen-  
ter abrupit/quinquagesimū etatis z quartū  
agens annū/Regni vero septimū. Quat-  
tuor etenī sub gaio cesare annis regnaue-  
rat: Philippi tetrarchiaz tribus annis ob-  
tinēs/quarto aut ēt herodis sibi adiūgēs  
trib⁹ reliquis annis sub claudio cesare ex-  
actis. Cū ī ceteris quamplurimis iose-  
phū/tū in his taz integre diuine scripture  
cōcordare valde miratus suz. p̄vero videt  
ī solo regis vocabulo variare. cū et tēpus  
et actus z res eundē ostendat fuisse: possi-  
bile est sicut ī aliis quāplurimis iudeoz  
nominibus īuenimus/et iaz hunc duplici  
vocabulo nūcupatuz. Quoz altero lucas  
noster/altero vsus sit iosephus. Verū qm̄  
rursuz lucas ī actibus apostolorū introdu-  
cit gamalielū. cū de apostolis ī iudeoz cō-  
sensu deliberatio fieret hoc ipso tēpore di-  
centē: quia surrexit theodas quidaz/dicēs  
se esse magnū quendaz. qui destructus ē. z  
oēs q̄ sequebantur eū dissoluti sunt: Age  
et iaz de hoc quod iosephus in hoc eodē li-  
bro scripserit proferamus.

Cap. xi. de theoda q̄ deprauauerat pplz  
f Ado inquit iudeaz p̄curante/decep-  
tor quidaz magus theodas noīe/p̄  
suadet populi multitudinē sublatiis pro-  
p̄riis facultatib⁹ v̄be excedere/z ripas ior-  
danis fluminis obsidere Dicebat autē se  
etiam prophetaz esse/et posse verbi sui pre-  
cepto fluuii fluentia dirimere/z facilem se-  
ctatorib⁹ suis fluminis trāsītū dare. Que  
cū diceret: multos decepit. Fadus vero nō  
ī longū recordie eius idulsit. sed emittit  
equitū turmam: q̄ rex īprouisio irruens  
sup̄ eos/quāplurimos q̄dez perit: mul-  
tos tamē z viuos cepit. Ipsius aut theode  
caput defectū hierosolimam reportauit.  
Capitulū. xii. de belena regina adyabe-  
norum.

E

theodas magus

fadus procu-  
rator iudee.



Est hoc idem scriptor etiam de fame que sub claudio facta est hoc modo memorat Post idem tempus inquit fames magna obsederat etiam iudea. Qua tēpe/ state regina noie belena/multis pecuniis cōparatū frumentū de egypto z hierosoli/ mā delatū indigētib⁹ ministrabat. Quid tam consonās tanqz cōcordans/ q̄ bec sūt cū illis que i actibus apostolorū scribūtur vbi dicitur/ quia discipuli qui erāt anthio/ chie/ put potuit vnusquiqz/ miserunt i mi/ nisteriū sanctis habitantibus i iudea/ de/ ferendū p manus barnabe z pauli/ ac per presbyteros dispensandū. Helene vero cuius bystoriographus intulit mentionē/ etiā nūc extat sepulcrū nobile p portis hierosolimozū. Regnasse autez apud adabe/ norum gentē refertur.

Capitulū. xii. de symone mago.

Posterea cū fides domini z saluato ris nostri iesu christi p oim cresceret mentes: z p dies singulos religionis ppa garent augmēta: nequa q̄ quiescit hostis salutis humane: sed vrbē maximam q̄ est caput oim preuenit: z symonē illuc de quo in superioribus diximus euocat: cui⁹ nefa ris artibus amminicula ipse malora sup/ peditans/ plurimos vrbis illius ciues in erroris eius vincta coniecit. Designat bec vir in scriptoribus nobilis/ nō multo post apostolorum tēpus exortus: iustinus. de quo suis i locis quod cōpetit assignabim⁹. Sic igitur in apologetico quē p fide nra ad imperatorē antoniū scripsit/ de his hoc modo refert. Et post ascensionē inquit dñi ad celū. instigabant demones quosdā ho/ minū: qui dicerēt se esse deos: quos nos fu gauimus. Simon deniqz quidā samarita nus/ de vico qui dicit gyttho/ sub claudio cesare magicis artibus z ope demonū sub leuatus: i vrbē veltra que regnū oim tenet q̄ plurimis per fātalias deceptis: deus de/ cretus est: z simulachri apud vos quasi de⁹ honore donatus est i flūine tiberis i ter duos pontes collocati. Habetis etiam titulū lati nis litteris scriptū. Simoni deo sacro: quē et oēs pene samarite/ nō nulli etiam ex cete

ris gentib⁹ tanq̄ sūmū deū z adorant z cō/ sident. Sed z selenen quandaz erroris ei⁹ ac deceptionis comitez/ q̄ prius i p̄stibulo steterat apud tyrum vrbē fenicis/ cū ipso velut primā quandaz mentē cōsecrauerūt. Hec quidē iustin⁹. Cōsona vero huic ē hireneus scribit i primo aduersus hereses libro. In quo vel quis ipse fuerit symō/ vel q̄ impura eius opera atqz doctrina plen⁹ refert. Que multū ē vt his inseramus: cū liceat volētib⁹ ea scire p singula/ ex ipsis su pradicti hirenei libris/ vel d hoc/ vt ceteris auctoribus diuersarū hereseon/ z de vene/ natis eoz dogmatibus diligētius noscere. Caput igit tot⁹ prauitatis z principiū ois heresis a symone cepisse accepim⁹. Ex quo vsqz in hodiernū sectatores ei⁹ simulantes adire se purissimam christianoz philoso/ phiā: quaz vidēt apud oēs p castitate vite et iustituti sanctitate mirabilē: superstitionis idolorū quaz deserere vident/ rursū vinctulis innectunt: colētes ac venerātes pictu ram z imaginē symonis: z illi⁹ quaz ei sce leris acturpitudinis extitisse socias dixim⁹ selenen. His incēsos odores offerūt/ bis sacrificiaz libamina impura delibāt. Sed eoz adhuc nequiora z execrabiliora comitunt. Aiunt em esse quedaz apud se ineffa bilia: que cū primo quis audierit: mente ex cedat: et eoz quasi virtute percussus/ velut attonitus maneat/ z vsqz ad dementiam veniat. Que cū ita sint: aiunt impossibile esse. vel scripture ea tradi. vel ore ac labiis proferi. Hec q̄ audit p veneratione ita se habere rez credit. Porro aut vere illa hu iuscemodī sūt: que p impuritate z obscenitate sui/ castis z pudicis auribus execrabi/ bilia/ et penit⁹ horrescēda ducant. Quicqd em illud est turpe z impurū/ quod excogi/ tari a quoquā potest omni hoc impuri⁹ esse illud traditur/ quod inquinatissime huius heresis mysteriū tectū apud se seruari pol licentur archanum. Infelicibus p bec mul tierculis/ z peccatis (vt ait apostolus) one ratis/ detestabilē illudentes. Hunc igitur talium maloz patrē z auctorē per idē tem pus symonē ex apparitorū suoz numero

*mulierculis illudentes.*

*simon magus*

*Justinus scripsit apologeticum pro fide christiana.*

*Simon magus ut dicitur a vrbis magis cultus apud gentes non hor q̄ p̄ nos debuit fieri.*

## Libet

dyabolus suscitans/ad urbē maximā ire  
cōpulit romam: ut ibi potētissimis athle-  
tis dñi ac saluatoris nostri iesu christi apo-  
stolis/in hoc ipsum ab eo subrogatis obli-  
steret. Sed diuina virtus et gratia in mar-  
cio precipue certamine nunquam deserit suos. Que  
incensam maligni flammam tota celeritate  
restinguit/et omnem altitudinem destruit/  
extollentem se aduersum scientiam dei. Propt-  
er quod neque simon neque alius quis congressus  
tunc aduersus apostolos dñi/potuit obti-  
nere: quia veritatis lux et verbi diuini clari-  
tas/que ob salutem hominum nuper obful-  
serat/p apostolos suos totius medatiū dis-  
cussa caligine/de humanis mentibus igno-  
rantie tenebras effugabat. Denique supra-  
dictus magus veri luminis fulgore percussus  
cecitate continuo male sane mentis incurrit  
Quippe qui iam prius in iudea p aposto-  
lum petrum de iis que gerebat sceleribus  
confutatus/transmarinam aggressus est fu-  
gam: et ab oriente ad occidentem usque pten-  
dit: nusquam sibi vitam nisi in fuge subsidio spe-  
rans. Is igitur urbem romam ingressus/  
prensus adminiculo assistentis sibi et adhe-  
rentis demoniace virtutis/quam paredum  
vocant/brevi tempore intantum malorum  
venit precipitium ut etiam simulachrum a civibus  
romanis/tanquam deus honore potiretur.

Capitulum. xiiii. de predicatione apostoli  
petri apud urbem romam.

Ed non in longum permanet fraude que-  
sita diuinitas: continuo namque in ipsis  
claudii temporibus/clementia diuine prou-  
dentie/probatissimum omnium apostolorum/  
et maximum fidei magnificentia et virtutis  
merito/primum principem petrum ad urbem  
romam velut aduersum humani generis  
communem perniciem repugnatum deducit: du-  
cem/quendam et magistrum milicie sue scien-  
tes diuina prelia gerere/et virtutum castra  
ductare. Iste adueniens ex orientis partibus  
ut celestis quidam negotiator/mercimoniam  
diuini luminis si quis velit comparare/paratus  
aduenit: et salutaris predicationis verbo/primum  
in urbe roma euangelii sui clauibus/  
ianuam regni celestis aperuit.

## Secundus

Cap. xv. de euangelio secundum marcum.

Sicut cum romane urbi clarus verbi dei  
lumen fuisset exortum: symonis quidem  
tenebre cum suo auctore restite sunt. Sermo  
autem veritatis et lucis qui per petrum predica-  
tur/uniuersorum mentes placido illustrauit  
auditu: ita ut quotidie audientibus eum nulla  
penitus satiatio fieret. Unde neque auditio eius  
sola suffecit/sed marcum discipulum eius omnibus  
precibus exorant: ut ea que verbo predica-  
bat/ad perpetuam eorum commotionem habendam  
scripture traderet: quo domi forisque in hu-  
iusmodi verbi meditationibus permaneret  
Nec prius ab obsecrando desistunt/quam quod  
orauerant impetrarent. Et hec fuit causa scri-  
bendi quod secundum marcum dicit euangelium. Pe-  
trus vero ut per spiritum sanctum religioso se spo-  
liatus coperit furto/delectatus est: fidem  
eorum per hec deuotionem considerans: factumque  
confirmavit. et in perpetuum legendam scriptu-  
ram ecclesie tradidit. Clemens in 6. disputatio-  
num libro. hec ita gesta esse describit. cuius si-  
mile dat testimonium hierapolites episcopus noie  
papias/qui et hoc dicit: quod petrus in prima  
epistola sua quae de urbe roma scribit/mem-  
inerit marci: In qua tropice romam ba-  
biloniam nominauerit cum dicit salutem vos  
ea que in babilone electa est ecclesia/et mar-  
cus filius meus

Capitulum. xvi. ut prius marcus per egyptum  
christi noticiam predicauit.

Hinc autem marcum tradunt primum ad  
egyptum perrexisse: atque inibi euange-  
lium quod ipse conscripserat predicasse: et ipse  
primum ecclesiam apud alexandriam consti-  
tuisse. Tanta autem refertur multitudo cre-  
dentium virorum ac mulierum primo ingres-  
su exemplo sobrietatis eius et continentie  
congregata: ut etiam conuersatio eorum que  
per ipsum crediderant/et vita totius absti-  
nentie/ac frugum eorum sobriaque conuiuia/libro  
memorie mandarentur a viro disertis-  
simo filone: quem sermo tenet temporibus  
claudii imperatoris romam venisse et pe-  
trum apostolum vidisse: atque eius adhesis-  
se colloquiis verbum dei predicantis.  
Quod vale est verisimile: quod et scripturam

marcus dicitur  
apulus petri  
rogat. ut eum  
iherosolimitis

roma babilo-  
nia a petro  
vocata.

filom

istā quam dixim⁹/posterioribus ab eo tē/  
poribus constat cōpositā esse: In qua eui/  
dentissime oīa ecclesie instituta ꝑlectitur  
que z tūc tradita sunt: z in hodiernū seruā  
tur a nobis. Sed z abstinētū vitas eorū  
dūtatur qui nūc in ecclesiis z monasteriis  
degūt describit ad liqdū. Unde plane ma/  
nifestissime ꝑditur/ nō solū sciens que no/  
stra sunt sed z amplectens. Quippe qui di/  
uinis laudibus extulit sui tēporis apostolī  
cos viros ex hebreorū q̄tū itelligi datur ꝑe/  
cipue genere credētes: qm̄quidē cōstat q̄ ii  
qui sub apostolis ex israelitis credebāt: Ju/  
daicis adhuc institutiōib⁹ z legis obserua/  
tionibus inherebant.

**A** Ca. xvii. qualia de abstinētib⁹ apud egi/  
ptum filo scribit.

Itaigit̄ describēs hec in libello quē de  
vita theozica vel supplicuz articula/  
uit/nichil oīno vel de ꝑprio vel extrinsec⁹  
addidit. sed ꝑmo oīm viros ipos cultores  
et femias cum ipsīs ait cultrices appella/  
ri. Causam vero huius vocabuli/vel ex eo  
ductaz: q̄ cōuenientiū ad se aīas tanq̄ ru/  
des z agrestes excolerent: vel q̄ erga dei  
cultū pura z integra cōscientia ꝑdurarent  
quod nomē siue ipe iposuit ꝑimis illis ex  
iporum actibus colligēs: siue vero in ini/  
ciis ita appellabant qui scdm̄ euangeliuz  
vivebant anteq̄ christianorū appellatio ꝑ  
omnem locū diffunderet interest: dum mō  
ex ipsīs rebus nomē ad quos ꝑtineat com/  
probeat. Dicit ergo ꝑmo oīm q̄ renūciēt  
cunctis facultatib⁹ suis qui se ad huiusce/  
modi ꝑbiam dederint/et bonis suis qui/  
bus interest credant. Tū deinde q̄ oēs vi/  
te sollicitudines ꝑcul abiciāt. et extra urbē  
egressi/i ortulis vel eriguis quibusqz agel/  
lulis degant:refugientes imparis ꝑposi/  
ti ꝑortia/z vite dillimilis cōtuberina. Sci/  
entes impedimēto esse hec arduū volentib⁹  
iter virtutis incedere. Tali quippe ordine  
calore fidei incitati ii qui ꝑimitus crede/  
bant/vitaz duxisse memorant: sicut euidē  
ter in actibus apostolorū legimus scriptuz  
q̄ oīs qui credebant sub apostolis/posse/  
siones suas z ꝑdia pendētes/ꝑcia ponebāt

ante pedes apostolorū et diuidebant vnū/  
cuiqz ꝑut opus erat: ita vt non esset quisq̄  
in eis egens. ¶ Quia ergo z hic sicia scri/  
bit geri ab iis qui apud alexandriaz crede/  
bant/sicut illi q̄ in hierosolimis ante credi/  
derant: certum est q̄ idem actus eademqz  
institutio eandem sine dubio et religionis  
fidem designet. Deniqz libro ipsi de quo  
supradiximus/tale initiū dedit: In multis  
est inquit orbis terre partibus hoc genus  
hominū. Oportebat nāqz ꝑfecti huius bo/  
ni/participem fieri omnem gratiam om/  
nēqz barbariam. In egypto tamen maior  
est copia ꝑ singula queqz territoria/ꝑci/  
pue aut̄ circa alexandriam. Nam optim⁹  
quisqz ex oīb⁹ locis velut ad ꝑberis patrie  
glebam festinus occurrit colon⁹. ¶ Regio  
quedam est ꝑ philosophie magisq̄ frugib⁹  
bus oportuna/supra lacū cui Marie no/  
men est sita. colliculis quibusdam mollis/  
ter et clementer erecta/ad munimentum  
simul atqz aeris tēperiē cōmoda. ¶ Post  
hoc descriptis eorū habitaculis: vt se habe/  
at singulorū qualitas z situs. etiam de ec/  
clesiis que apud eos sunt/ita dicit. Est au/  
tem inquit in singulis locis cōsecrata ora/  
tionis domus: que appellat̄ semmon/vel  
monasteriū. Semmon autem in nostra li/  
qua significare potest honestorū conuentū/  
culum. In quod secedentes inquit/hone/  
sta z casta vite misteria celebrant. nichil il/  
luc ꝑorsus quod ad cibū potūqz ꝑtinet i se/  
rētes/vel ad reliqua humani corporis mi/  
steria. Sz tantū legis libros/z volumina ꝑ  
phetaz. hymnos quoqz i deū/ceteraqz his  
sicia. In quorū disciplinis atqz exercitiis  
istituti/ad ꝑfectā beatāqz vitaz/studiis iu/  
gibus coalescant. ¶ Et post aliquanta ite/  
rū dicit. Ab ortu aut̄ diei vsqz ad vesꝑaz: oē  
eis spaciū in studioꝝ exercitiis ducit: q̄bus  
ad diuinaz philosophiaz ꝑ sacras litteras  
ibuunt/patrū leges in allegorica itellige/  
tiā deducētes. Qm̄qdē formas esse z ima/  
gines/ea q̄ in legis littera scripta sūt opi/  
nant̄ latētis itrisec⁹ ꝑfūdi cuiusdā diuīqz  
misteriū. Habēt aut̄ etiā disputatōes qual/  
dam et itepretationes veterum viroz:

theozica vita

cultores q̄  
appellati.

philosophie  
xpiane ꝑre  
cepta.



## Libet

qui et auctores ipsius hereseos extiterunt: quos eis allegorice ac figuralis intelligentie normam / quaplurimis scriptorum suorum constat tradidisse monumentis. Quorum illi velut itineris sui ducum et auctorum ista futa pariter sequuntur et more. Hec autem dixisse hunc virum certum est. De euangelicis atque apostolicis libris: in quibus quomodo lex et prophetia spiritualiter intelligi debeat edocetur. Post pauca rursus etiam de eo quod psalmos faciant novos ita scribit. Itaque non solum subtilius intelligunt hymnos veterum / sed et ipsi faciunt novos in deum. Quibus eos et metris et sonis honesta satis et suavi copage modulantes. Multa quidem et alia in eodem libro enumerat / que a nostris vel in ecclesia vel in monasteriis exercent. Sed properandum nobis est illa ex omnibus dicere / que ecclesiastica proprie continent formam: ex quibus citius manifestum esse debeat ad ecclesiam pertinere que scripta sunt. Ait ergo. Continentiam vero velut fundamentum quoddam primo in anima collocant: et ita demum reliquas super hanc pergunt edificare virtutes. Cibum potumque nullus eorum capit ante solis occasum. Videlicet tempus lucis cum philosophie studiis: curam vero corporis cum nocte sociantes. Nonnulli autem etiam post triduum in comunione veniunt cibi. Quos scilicet edatio studioque fames perurget. Jam vero illi qui in eruditionibus sapientie et in profundiore intelligentia sacrorum voluminum conuersant / tanquam copiosis dapibus inhiantes expleri nequeunt / et conuendo acius inflamantur: ita ut nec quarto iam nec quinto / sed sexto demum die non tam desideratum quam necessarium corpori indulgeant cibum. Hec filone de nostrorum institutis referre quis potest dubitare: quod si cui adhuc videtur ambiguum / adhibebimus etiam alia eius dicta: que nulli omnino nisi nostris tantummodo conuenire etiam infidelissimus quisque fatebitur. Ait ergo. Cum viri autem quos dicimus sunt et femine: in quibus plures iam grandeue sunt virgines / integritatem casti corporis non necessitate aliqua: sed deuotione seruantes: dum sapientie stu-

## Secundus

diis semet gestunt non solum animo sed et corpore consecrare: indignum ducentes libidini mancipare vas ad capiendam sapientiam preparatum: et edere mortalem partem eas a quibus diuini verbi concubitus sacrosanctus et immortalis expetitur: ex quo posteritas relinquantur nequaquam corruptele mortalitatis obnoxia. Quod si adhuc parum videtur istud: audi quod post aliquanta scribit. Tractatus autem sacrorum inquit voluminum huiusmodi habent: ut magis allegoricis opinionibus vtantur. Quoniam quidem in omni lex viris istis videtur animali esse similis quod corpus quidem habeat ipsam litteram et ea que secundum litteram designantur: Animam vero occultam in littera spiritualem et inuisibilem sensum: que illi ab auctoribus suis edocti / sublimius et nobiliter velut inspicientes per speculum contemplantur. ex ipsis etiam nominibus admirandas quasdam species intelligentie preferentes. Quid autem addere his opus est etiam de conuentionibus eorum que conscribit: et ut seorsum quidem viri / seorsum etiam in eisdem locis femine congregentur. et ut vigilias sicut apud nos fieri moris est peragant et maxime diebus illis cum passionis dominice solennitas celebratur: cum in ieiuniis pernoctare / et lectionibus sanctis auditum prebere consueuimus. Que omnia supradictus vir eo ordine eademque consequentia qua apud nos geruntur expressit. Et ut vnus ex omnibus consurgens in medio: psalmum honestis modulis concinat. ut que presentanti ei vnus persiculum / omnis multitudo respondeat: atque in ipsis diebus in terra recubentes: sicut antiqui moris fuisse dicitur. vinum quidem nemo omnino: ut ipse ait. nec gustu quidem contingat. sed nec qualibet carnem. Tantum autem aqua sit eis poculum: et panis cum sale vel isopo abus. Addit adhuc his. quomodo sacerdotes et ministri exhibeant officia sua / vel que sit supra omnia episcopalis apicis sedes. Que cuncta si quis plenius vult et exploratius discere: ostendimus ex quo ista forte debeat haurire. In quibus supra dictus vir ecclesiastice institutionis initia / et originem apostolicam atque euangelicam

ex nominibus  
in te intelligentia

Seorsum viri

## Liber

traditionis interuit. Est autem idem filo  
affluentissimus quidē in eloquentia. ī sen  
sibus autē profundissimus. z interpretatio  
ne atqz intelligentia diuinaruz scriptura  
rum subtilissimus. Copiose inueniēs. z co  
piously eloquēs: Multa deniqz diuini no  
bis etiā ipse ī genii sui monimēta dereliq̄t.  
**Cap. xviii** q̄nti ad nos filiois puenerit libri  
Primo q̄dem per ordinē in genesim  
scripsit libros/ quos articulauit sa  
cre legis explanatio figuralis. Tū deinde  
et alios continētes sparsim de diuersis ca  
pitulis questiones/ in quibus que requiri  
debeant. z proponit z soluit. Quas q̄stio  
nes z absolutiones de genesi z exodo arti  
culauit. Sunt z alii eius libri q̄ superscri  
buntur propositionū. qui sunt de agricul  
tura duo. et de temulentia duo. Sed z alii  
quāplurimi extant eius libri diuersis voca  
bulis ānotati. Sicut est/ que sint pro qui  
bus mens debet orare deū. z de confusione  
linguarū. De natura z inuētionē. de iis q̄  
congregari debeāt ad erudiēdū. Et q̄s sit  
qui heres sit diuinorū. q̄ sit equaliū z iēq̄liū  
diuisio. Itē de tribus futib⁹. q̄s descripsit cū  
ceteris moyses. Itē de iis quorū inscriptu  
ris noīa cōmutata sūt. z quibus ex causis  
cōmutata sint. In quibus refert scripsisse ēt  
de testamētis primū z scdm Est autē z ali⁹  
eius liber de captiuitate: z de vita sapiētis/  
eius q̄ scdm iusticiā perfectā z leges natu  
rales cōsumatus est. De gigantibus/ de  
eo q̄ incōuertibile sit quod diuinū est. De  
moysi vita libri. v. De eo q̄ a deo sint sō  
nia. Hec pene oīa in genesi scripsit. Sed z  
in exodū questionū z absolutionū libri. v.  
De tabernaculo. De decem verbis legis  
De iis que inferūtur sub specie decalogi.  
Et de aīalib⁹ que sacrificiis deputata sūt.  
Et q̄ sunt species sacrificiorū. Que sunt  
proposita ī lege bonis premia. z malis ma  
ledicta. Tum preterea singulares eius li  
bri. De puidētia. De iudeis/ apologetic⁹  
liber. hoc est de vita vrbana. z ad alexandrū  
dicentē. rationē habere muta aīalia. De  
eo q̄ seruus sit omnis qui peccat. Itē alius  
de eo q̄ liber sit omnis q̄ bonis studiis ope

## Secundus

ram prebet. De vita theorica vel supplicū  
in quo z de apostolicis viris eē que scripta  
sunt/ supra edocuimus. Sed z interpreta  
tiones nominū hebraicorū que sunt ī lege  
et pphetis. **Hic** tēporib⁹ gāii īperatoris  
romā pfect⁹/ cū de impietate atqz īpuritate  
gāii quāplurima scripsisset (q̄ p hyroniā  
de ptutib⁹ articulauit) z ea senatui recitas  
set tanta dicitur ammiratione habitus/  
vt bibliotheca digna eius scripta decerne  
rentur. **Verum** per idem tempus pau  
lo apostolo ab hierusalem in circuitu et  
vsqz ad illiricū predicationē verbi domini  
ci ministrante: **Claudius** īperator iudeos  
vrbe depellit. Tunc aquila z prisca cū cete  
ris iudeis expulsi/ asiā veniunt: ibiqz cohe  
rent apostolo/ tum primū ecclesie inibi fū  
damēta iacienti: sicut edocet liber de acti  
bus apostolorum conscriptus.

**Cap. xix.** cuiusmodi clade compresserint  
iudeos ipso die paschali.

Laudius vero adhuc in imperio pdu  
rante in ipsa solēnitare pasche/ tan  
ta iudeis perturbatio z vastitas hierosoli  
mis accidit ex seditione cōmota: vt illi soli  
qui ī foribus templi constipatione populū  
necati sūt/ tria milia iudeorū numerarent:  
et conuersus est dies festus eorū in luctus.  
Sed z alia quāplurima iudeis mala irro  
gata/ Josephus p hec verba designat.

**Cap. xx.** qualia etiam sub nerone hiero  
solimis gesta sunt.

Laudius (inqt) agrippā filiū agrip  
pe/ iudeorū regē cōstituit. Felicē vero  
toti⁹ puincie/ samarie quoqz z galilee/ z re  
gionis que dicit transiordanē/ pcuratores  
mīsit. Et post pauca addit etiā hoc: In flā  
matur autē z seditio acerbissima a pōtifici  
bus aduersus sacerdotes/ z primos plebis  
hierosolimorū: quorū singuli cōquirētes si  
bimet pditorū iuuenū z nouis rebus gau  
dentiū manus/ duces semetipsos proprie  
factōis instituebāt. Qui cōfligentes ad in  
uicē/ primo cōuitiis lacestere: tū deīde z sa  
ris inuicē sternere: nec quisq̄ erat q̄ coher  
ceret: sed agebantur oīa/ tanquā ī vrbe nō

in mania mu  
alexandry  
a dicit hanc  
ratione

habente rectorē. Igitur pontifices infantā  
venere pteruā: vt seruis suis ad areas mis-  
sis/inuaderēt decias que sacerdotibus de-  
bebantur. Et accidebat vt nōnulli ex mi-  
noribus sacerdotibus/quorū alimonie vi-  
fuerāt direpte/inedia deperirent. Ita sedi-  
tionū violētia/ius fasqz confuderat. Itēz  
post pauca subiungit etiā hoc. Nōnūquā  
autē etiā in media ciuitate occurrētes sibi  
trucidabāt. Precipue in diebus feitis/sic-  
carii plebibus admixti/occultatis pugio-  
nibus oberrantes/vt quisquis designatus  
eis comin⁹ inciderat/perimebant. Et arte  
nefaria cū corruisset is quē occulto pulne-  
re strauerant:tū idem ipsi percussores velut  
indignari se simulabāt aduersus eos qui  
hoc in media vrbe cōmitterēt:atqz hoc mō  
occulta eorum facinora permanebant. Et  
primo omnium ab his ionathas pōtifer in-  
terficitur:post illū quāplurimi iugulātur  
ita vt iā ipis mortib⁹ eēt grauior met⁹ mor-  
tis:dū vnusqz quasi i prociū seper posi-  
t⁹/p momēta singula sparet iterfici. Post  
hoc aut iteriectis quibusdā addit etiā hoc.  
**Capitulū. xxi. de egyptio cui⁹ actus apo-  
stolorū faciūt mentionem.**

Rau⁹ vero omni hac pastatione af-  
flixit iudeos egyptius quidā falsus  
ppheta. Qui cuz venisset ad iudeā homo  
magus/sidem sibi prophete magica arte  
cōsciuit. Et continuo ad triginta milia vi-  
rorum congregans/et ductans eos per de-  
sertum/puenit cum ipsis in montem qui  
vocatur oliuesi. Paratus inde irruere hie-  
rosolime/z vi ac potestate vrbem tenere:si  
mulqz romanorū presidia ac plebē tyranni-  
di sue subiugare/fret⁹ per oia iis quos se-  
cum eduxerat satellitib⁹ Sed conatus ei⁹  
preuenit felix:cōfestimqz cuz armatis ob-  
uiā pgens/secū etiā plebe reliqua cōspirā-  
te/pgressionē facta egyptiū quidē cū pau-  
cis in fugaz vertit. Peremptis vero aliis/  
etiaz captis/temere cepta facile restrinxit  
Hec i scdo hystoriarū libro iosephus refert  
Operepreciū tamē est/hec que de egyptio  
scribit/cū illis que i apostolorū actibus de-  
signata sunt cōparare:ubi sub felice tribu-

nus qui in hierosolimis erat/ad paulum  
in quē fuerat cōmota seditio/dicit. Nōne  
tu es egyptius ille q ante hos dies p̄citaue-  
ras populū/z eduxeras i desertū ad quat-  
tuor milia homines siccariorū? Sed suffi-  
ciant ista de felice.

**Cap. xxi. quēadmodū de iudea paulus  
romā missus i vinculis oī culpa liberat⁹ sit**

Posterea claudio tredecī annis z octo  
mēsis romānoꝝ imperio p̄fecto/  
nero suscipit p̄cipatū. A quo festus mitti-  
tur i iudeā succedere felici. Apud quē cau-  
sa dicta/paulus vinctus mittit romā/ari-  
starco secū comitante(quez cōsequēter in  
epistolis suis cōcaptiū appellat) Sed et  
luca:qui z actus eius ceterorūqz apostolo-  
rum describit/sed precipue pauli:de quo ē  
hoc in fine signauit:q̄ biennio i vrbe roma  
positus/perbū d̄ci predicabat/nemine phi-  
bente. Quē tamē affuisse sibi/z defendis-  
se se apud heronē z iur̄sū p̄fectū esse ad pre-  
dicatiōis officiū/sermo cōfirmat. Et post  
hoc denuo redisse ad supradictā vrbe:vbiz  
martyrio cōsumatus est:tūc cū in vinculis  
positus/scd̄am ad timotheū scribebat epi-  
stolaz. In qua z de prima sua defensione/  
et de p̄fēti simul indicat passione. Susci-  
pe ergo de his singulis testimonia. In pri-  
ma(inquit ipse paulus) mea defēsiōne ne-  
mo michi affuit/sed omēs me derelinq̄s-  
rūt:nō illis iputet. Domin⁹ em̄ astitit mi-  
chi/z cōfortauit me:vt p me predicatio cō-  
pleretur:z audiāt oēs gētes quia liberat⁹  
sū d̄ ore leonis. Manifestissime p hec desi-  
gnat:qz primo qdē vt p ipsū cepta predica-  
tio compleret:liberatus est de ore leonis.  
Heronē scilicet i leone pro crudelitate si-  
gnificans. Tum deinde in consequētibus  
adiat et dicit. Liberauit me dñs de ore leo-  
nis Preuidebat enī in spiritu cōfirmatio-  
nem suam:ppter quod z dixit/quia et libe-  
rat⁹ sū d̄ ore leonis. Et itēz. Liberauit me  
dñs ab oī ope malo/zsaluū faciet i regnū  
suū celeste. Significās p hoc/q̄ eēt cōfesti  
martyrio coronād⁹. De quo tñ euidentius  
in eadē epistola dicit scribēs. Ego em̄ inqt  
faz imolor:z tēpus regressiōis me instat.

Hec autē dicta sunt a nobis: ut ostendere-  
mus/ quia nō eo tēpore quo pauli actus i  
urbe roma coclusit lucas/ martyrio perfū-  
ctus est paulus. Potuit enim fieri ut in  
initis adhuc lenior et ter nero: et defensio-  
nē pauli pro nostro dogmate nō aspernā-  
ter acceperit. Proressu vero tēporis cum te-  
teris malis aucta sit eius etiam in aposto-  
los seuitie rabies.

¶ Ca. xiiii. quō sit passus iacobus qui fra-  
ter dñi est dictus.

Sicut iudei postea q̄ paul⁹ ad cesa-  
rem quē appellauerat a festo trans-  
missus est: et frustratas insidias quas ei in-  
tenderant vident: in iacobū fratrem dñi im-  
manitatē nequicie sue vertūt: cui episcopa-  
lis in ierosolimis delata ab apostolis fue-  
rat sedes: quē hoc modo adorti sunt: p̄du-  
ctū in mediū abnegare eū fidē christi corā  
omni populo expetūt. At ille citra oīm opi-  
nionem voce satis libera/ et multo maiore  
re quam vellent/ corā vniuerso populo cū  
omni fiducia p̄fiteretur filiū esse dei salua-  
tozem et dñm nostrū iesum christū. Tūc il-  
li non ferentes tam graue et tam liberū te-  
stimoniū viri: p̄ eo maxime q̄ iustissimus  
apud om̄s habebatur ob religiose et p̄tinē-  
tissime vite merita/ in necē eius vertūtur/  
fauente sibi occasione tēporis ex morte re-  
ctoris. Cōtigit enī festus per idem tēpus  
obire apud iudeam: et sine rectore ac p̄ci-  
pe esse puinciam. Nam mortis iacobi mo-  
dus iam quidē et in superioribus a nobis de-  
mentis sermonibus indicat⁹ est: cum de p̄-  
na templi eum precipitatū. et fullōis p̄cus-  
sum vecte descripsit. Exploratius tamē de  
eo egesippus: qui post ipsas statim primas  
apostolorū successiōes fuit in cōmentari-  
orum suorum libro bis verbis refert. Susce-  
pit inq̄t ecclesiaz cū apostolis frater dñi ia-  
cobus⁹ qui ab oībus cognōiatus est iust⁹.  
ab ipsis dñi tēporibus perdurans vsq̄ ad  
nos. Et multi quidem iacobi vocati sunt.  
Sed hic ex p̄tero matris sue sanctus fuit.  
vinū et sicerū nō bibit: sed neq̄ animal mā-  
ducauit ferrū i caput eius nō ascēdit: oleo  
nō est peructus balneis nō est vsus. Quic

foli licebat intrare in sancta sanctorū. Ne-  
q̄ enī laneo vtebatur indumento: sed t̄m  
sindone. Solus ingrediebatur templū: et  
iacebat sup genua sua orans p̄ populi in-  
dulgētia: ita ut orādo callos faceret inge-  
nibus admodū cameli/ semp̄ genua fle ctā-  
do/ nec vnq̄ ab oratiōe cessando. Itaq̄ p̄  
incredibili hac cōtinentia et sūma iusticia  
appellatus est iustus/ et oblias: quod ē iter-  
pretatū monumentū populi et iusticia: sicut  
et p̄phete indicarūt de eo. ¶ Quidam er-  
go de septem heresibus q̄ erant in populo  
de quibus superius scripsimus/ interrogabāt  
eum quod esset hostiū iesu. At ille dicebat  
hunc esse saluatore. Ex quibus aliquanti  
crediderunt/ q̄ iesus est christus. Ille autē  
hereses quas supradiximus/ nō crediderūt  
neq̄ surrexisse eum/ neq̄ venturū ut retri-  
buat vnicuiq̄ scdm̄ opa sua. Qui vero cre-  
diderunt/ per iacobuz crediderūt. In quibus  
cum multi etiam ex principib⁹ credidissent:  
perturbatio erat iudeorū et scribarū ac pha-  
riseorū/ dicentiū nichil iam superest/ quā oīs  
populus credat in iesum q̄ ipse sit christ⁹.  
Cōueniētes igitur ad iacobū dicebant ei.  
Oramus te ut reuoces populū: q̄ ecce er-  
rat in iesum. putans q̄ ipse sit christ⁹. De-  
precamur ergo te ut suadeas oībus p̄ueni-  
entibus in die pasche de iesu. Tibi enī oīs  
obtemperamus. et de te tam nosq̄ popu-  
lus testimoniū in ferimus/ quia iustus es  
et p̄sonam nulli⁹ accipis. Tu ergo suade  
populo de iesu ne erret. q̄ oīs tibi obedis-  
mus. Ascende itaq̄ in excelsum locū p̄ne  
templi: ut inedito posit⁹ appareas omni-  
bus: et verba tua audiatur a cunctis. q̄ in  
die pasche cōuenit nō solum iudeorū. sed et  
gentilium multitudo. Statuerūt igitur su-  
pradicte scribe et pharisei iacobuz supra p̄-  
nem tēpli/ et voce magna clamātes ad euz  
dicūt. Virorū iustissime cui oīs obtempe-  
rare debemus. qm̄ populus errat post iesū  
qui crucifixus est/ enuncia nobis. qd̄ sit ho-  
stium iesu. Tum iacobus ad eos igēti vo-  
ce respondit. Quid me interrogatis de fi-  
lio hoīs? Ecce ipse sedet in celo a dextris sū-  
me virtutis. et ipse p̄turus est in nubib⁹ ce-

II. Cūq; hac respōsione: z testimonio iaco-  
 bi multis satisfactū esset z libenter audis-  
 sent q̄ iacobus cōtestatus est: ceperūt glo-  
 rificare deuz et dicere: osanna filio dauid.  
 Tūc rursū scribe z pharisei ceperūt adinui-  
 tem dicere. Malefecimns tale testimoni-  
 um prestare de iesu. Sed ascendam⁹ z pre-  
 cipitemus eū deorsum: vt ceteri terreantur  
 et nō credant ei. Simul z voce magna cla-  
 mauērūt dicētes. O. o. et iustus errauit. z  
 cōpleuerūt scripturā que in Isaiā scripta ē  
 dicentē. Auferamus iustū/qm̄ inutilis no-  
 bis est. Propterea fructū operū suorū man-  
 ducabūt. Ascenderūt ergo et precipitauerūt  
 eū: z dicebant ad inuicē. Lapidemus iaco-  
 bū iustū. Et ceperunt eū vrgere lapidibus.  
 Qui deiectus nō solū mori nō potuit. sed  
 cōuersus super genua sua p̄cūbēs dicebat  
 Rogo te dñe deus pater remitte eis pecca-  
 tum. non enī sciūt quid faciunt. Cūq; euz  
 talia orātē desuper lapidibus purgerent  
 vnus ex sacerdotibus de filiis rechab filii  
 rechabī (de quibus p̄testatur Jeremias p̄-  
 pheta) exclamauit dicens. Marcite queso  
 quid facitis? Pro vobis orat iust⁹ hic quē  
 lapidatis. Tunc vnus ex ipsis fullo arre-  
 pto fuste: in quo res exprimere solēt/cere-  
 bro eius illisit. Et tali martyrio cōsumat⁹  
 est/ac sepultus in eodez loco p̄pe tēplum.  
 Hic est qui extitit veritatis t̄ estis iudeis  
 et gentibus. quia iesus est christ⁹. Et nō  
 multo post oppugnatio p̄secuta est respa-  
 siani. Nec latius quidē/sed p̄sonanter cle-  
 menti etiā ege sippus retulit. q̄ ita mirus  
 quidē z apud oēs hoīes opinatissimus in  
 obseruatione totius iusticie iacobus habe-  
 batur: vt z iudeorū prudētes q̄q; crederent  
 hanc esse causam statī cōsecute oppugna-  
 tionis hierosolimorū: q̄ i illum sceleratas  
 iniecerint manus. Et iosephus ita sibi vi-  
 deri euidenter idicat per hec. Que oīa inqt  
 acciderūt iudeis p̄vindicta iacobi iusti: q̄  
 erat frater iesu qui dicitur christus. Quez  
 iustissimūz piissimūz omniū confessione vi-  
 rū iudei interfecerūt. Idēq; etiā mortē ei⁹  
 in vicesimo ātiquitatū libro/his verbis de-  
 signat. Mittit aut̄ cesar albinū iudee pre-

fectū/Festi morte p̄perta. Ananias aut̄ fu-  
 nior quē pōtificatū suscepisse supradixim⁹  
 proterius ad modū z insolēs moribus/be-  
 resim defendebat saduceorū: qui i iudiciis  
 crudeliores ceteris iudeis vident̄/sicut iaz  
 supra ostēdimus. Hic insolētie sue tēpus  
 datū credens ex morte Festi/cōfessus iudē  
 cū cōuocat: et introducit in mediū fratres  
 iesu qui dicitur christus iacobū noīe/et ali-  
 os q̄ plurimos: quos velut contra legē ges-  
 rere intusans/tradidit lapidādos: Quod  
 facinus si quis ex ciuibus modestior fuit/z  
 equi ac legis obseruantior/grauiissime tu-  
 lit. Qui etiā occulte legationē ad cesarez  
 mittūt/orantes eū scribere ananie ne hoc  
 agat: quia nec prius huiuscemodi facino-  
 ra recte cōmiserit. Quidā aut̄ ex ipsis etiā  
 albino occurūt de alexandria ad ipos iter  
 agenti/atq; edocent. q̄ nō licuerit ananie  
 se incōsulto cōfessum iudicū cōuocare. At  
 ille cōmotus ex iis que dicta sunt/cū inci-  
 gnatione scribit ad ananiā: p̄minatus ab  
 laturū se ab eo iudicādi potestātē/qua nō  
 recte p̄tebatur. Quia z agrippa rex eū so-  
 lis tribus mensib⁹ functū hoc honore p̄-  
 uauerit: et iesū dāmei filiū in locū eius sub-  
 rogauerit. Hactenus etiā de iacobo: Cu-  
 ius illa habetur epistola/que prima scribi-  
 tur inter eas q̄ canonicē appellant. Scien-  
 dum tamē est q̄ a nōnullis nō recipiatur:  
 nec facile quis antiquorū meminerit eius:  
 sicut nec illius quidē que dicit̄ Jude: q̄ z ip-  
 sa est p̄na de septē. Nos tamē scimus etiā  
 istas cū ceteris ab oib⁹ pene ecclīis recipi.  
 Ca. xiiii. q̄ post marcū primum episco-  
 pus alexādrie ecclīe ordinat⁹ sit anian⁹.

Situr neronis primo imperii anno  
 post marcū euangelistā/ecclīe apd  
 alexandriā Annianus sacerdotiū suscepit.  
 Sed nero regni sibi potestate p̄ualescēte/  
 post multa que aīo cōceperat nefaria z im-  
 pura flagicia/ad ipsā quoq; iam diuinita-  
 tis tendebat iuriā. Lōgū est z nostro opi-  
 incōueniēs/p̄bra eius flagiciaq; describe-  
 re: maxime cū multi de his plenius scripse-  
 rint. Ex quorū libris si quis dedecorosa ei⁹  
 vitā atq; oibus sceleribus obnoxiaz scire

## Liber

vult facilius potest. In quibus eum inueniet intantum sceleris esse progressum: ut ne propriis quidem ac domesticis temperauerit. Sed et in matrem et in fratres et in proximos et in omnes sanguis primos et parricida extiterit et incestus. His igitur omnibus deerat ut ipse primus ex imperatoribus romanis etiam in ipsum deum impietatis arma conuerteret. Sicut tertulianus vir scriptorum nobilissimus refert dicens. Consulite commentarios pestros: illic reperietis primum quoque nerone in hanc sectam tum maxime rome orientem cesariano gladio ferocem fuisse. Et tali dedicatore damnationis nostre etiam gloriamur. Qui enim scit illum intelligere potest non nisi grande aliquod bonum a nerone damnatum. Leptauerat et domicianus portio neronis de crudelitate: sed quasi homo facile ceptus repressit: restituit etiam quos relegauerat. Tales nobis semper fuere persecutores/ iniusti impii/ turpes: quos et ipsi damnare consueuerunt: et a quibus damnatos restituere soliti estis. Nec tertulianus.

**Ca. xxv. de persecutione neronis sub quo paulus ac petrus pia confessione passi sunt.**

Sicut nero ut aptum se hostem diuinitatis pietatisque professus est: iporum prius apostolorum (quippe qui duces et signiferi erant in populo dei) expetit necem. Et paulum quidem capite in ipsa urbe roma/ petrum vero crucis patibulo condemat. Nouum testimonium querere extrinsecus superfluum puto: cum rem gestam insigniavsq; in hodiernum et splendidissima eorum monumenta testentur. Veritamen scribit de his etiam gajus quidam scriptor antiquus. Qui cum zepherino episcopo romano aduersum periculum quendam catafrigam disputans/ Nec de apostolorum commemorat locis. Ego inquit habeo trophea apostolorum que ostendat. Si enim procedas via regali que ad vaticanum ducit/ aut via hostiensis: inuenies trophea defixa: quibus ex utraque parte statutis romana communiter ecclesia. quae aut eodem tempore ab eis passi sunt quae corinthiorum episcopus dionysius/ cum in urbe positus esset et de scripturis disputaret/ hoc dicit. Sed

## Secundus

et vos habentes comonitionem a petro et paulo/ plantationem romane et corinthiorum ecclesie coniunxistis. Ambo etenim simul aduentantes/ et in nostra corinthiorum ecclesia docuerunt. et per omnem italiam: atque in hac urbe simul docentes/ etiam martyrio pariter uno eodemque tempore coronati sunt. Nec autem retulimus: ut hystoria que in opinione omnium est confirmatio habeatur. Josephus autem scribens quante clades iudeorum gentem perasserint/ et ut eorum vastitas propagata sit addit etiam haec.

**Capitulum. xxvi. ut innumeris iudeis malis afflicti sunt et nouissime contra romanos arma mouerunt.**

Erunt ad innumera mala que iudeis acciderant/ addit etiam hoc quod Florus qui per idem tempus iudee procuratorem tenebat/ honorabiles quosque viros flagris verberaret/ et in ipsa urbe sacratissima hierusalem patibulo suffigeret: eo tempore quo per turbam iudeorum statum nouarum rerum molitionibus accidit: duodecimo scilicet anno imperii neronis. Sed et per omnem siriam/ in seditiosos iudeorum atrocissimam refert exercitatum esse seuitiam. ita ut etiam illi qui per urbes singulas admixti gentibus commanebant/ in hostium numero deputarentur. Et videres interpletas inhumatis corporibus ciuitates: iacentes mortuos simul cum paruulis senes. Feminarumque absque ulla sexus reuerentia nudata in publico reiectaque cadauera: atque vniuersam prouinciam innumeris malis refertam. Sed tamen tam diro hoc et tam atroci spectaculo/ multo grauius eos futurorum et per dies augescentium malorum metus et formido terrebatur. Nec ad verbum iosephus refert. Verum de iudeis ista sufficiant.

**Explicit liber secundus.**

**Incipit liber tercius.**

**Ca. i. in quibus locis apostoli christum predicauerunt.**

dominiane  
rone. probita  
his testi mo  
nium erat.

petrus crucis  
damnatus

## Libet

Situr iudei debitis cladibus purgebant. Sancti vero apostoli dñi z saluatoris nri/ceteriqz discipuli/ad p̄dicandū verbū dei/per singulas quasqz orbis t̄re puicias dimittunt

Thomas sicut nobis traditū ē sortit⁹ est Parthos. Matheus ethiopiā. Bartholomeus Indiā ceteriorē. Andreas Scythiam. Jobēs Asiā. Unde z apud ephesū/z cōmoratus est z defunctus. Petrus pōtū/galatiā/bithiniā/cappadotiā/ceterasqz pfines puicias/Judeis dūtarat p̄dicans circūisse dephendit: z ad vltimum in urbe roma cōmorat⁹: vbi crucifixus est deorsuz capite demerso. qd̄ ipse ita fieri deprecatus est/ ne exequari dño videret. De paulo autez qd̄ dicā: qui ab hierusalē vsqz ad Illiricuz repleuit euangeliū xp̄i: et ad vltimū sub nerōe martiriū duxit. hec ita p̄ ordinē i tercio li. explanationū genessis/origenes expōit.

Ca. ii. de epistolis z scripturis ap̄torum.

Eruz petrus apostolus p̄dicationis sue monimēta nobis per pauca dereliquit. Una etenī eius epistola est/ de qua nullus oīno dubitauit. Nā de secūda multis incertū est: Apud plurimos tñ etiā ip̄a legēda suscipit. Ille vero libellus q̄ dicit̄ act⁹ petri/z qd̄ noīs eius euangeliū nuncupat: sed z q̄ dicitur ei⁹ p̄dicatio vel reuelatio/ i scripturis p̄sus canonicis nō habet. Sed ne aliqs quidē scriptoz veterū/vti eoz testimoniiis iuenit. Verū p̄cedente nobis historie narratiōe/per oportunitatē locoz cū scriptores ecclesiasticos mēorabimus/necessario etiā scripturarū libros q̄ in auctoritate esse debeāt/z quoz min⁹ sequēda sit auctoritas exponem⁹. Interī petri vt dixim⁹ prima epistola ab oibus veterib⁹ est recepta. Pauli quoqz manifeste. xiiii. sūt epistole que i auctoritate hebent licet sciaz apud latios de epistola que apud hebreos scribit̄ haberi dubitationē. Sz z de ip̄a qd̄ vnusqz veterū scriptoz senserit/in tēpo re suo pferem⁹. Et libellus Herme qui ap̄pellatur Pastoris/cuius paulus in epistolis suis meminit/a plurimis nō est recept⁹

## Tercius

Ab aliis aut̄ necessarius iudicat⁹ est: pp̄ eos qui primis ad fidē institutionib⁹ ibuntur. Unde z nōnullis ecclesiis legit: z multi veterū scriptoz vsi sūt testimoniis ei⁹. hec iterī nobis p̄missa sint de diuioz libroz fide de quā mox etiā: vetera stipulatiōe firmabim⁹. ¶ Paul⁹ aut̄ q̄ ab hierusalē i circuitusqz ad illiricū gētib⁹ euangeliū p̄dicauerit/ex ipsius vocibus comprobat: z ex iis que lucas in actibus apostolorū scribit. Sz et petrus in quib⁹ etiā ipse puiciis iis q̄ ex cir cūcisione sūt p̄dicauerit christū/ p̄priis vocibus in epistola quā ipsi⁹ absqz ambiguitate claruit eē/ designat: i qua ad eos qui in dispersione sūt scribit/ sine dubio hebreos. Ipsi etenī dispersi dicunt: tanq̄ propriis sedibus pulsi z positi in disp̄sione/vt ait ip̄e/pōti/galacie/cappadocie/z asie/ac bithinie. Ex quibus si qui constantes in fide et emulatores verbi dei reperi ti sunt: etiam regendas ecclesias quas apostoli fundauerant susceperūt. Quoz noīa non est facile explicare per singulos. Ex apostoli tamen sermonib⁹ colligere possum⁹/per multos esse quos ille nunc adiutores nūc cōmilitones/nunc etiā cōcaptiuos/z cōlaborantes in euangelio et comites nominat. Sed et lucas in actibus apostolorū plurimos eius socios memorat et participes p̄dicationis: sicut timothei meminit actiti. Quozū alter in epheso episcopus: alter ordinādis apud Cretam ecclesiis ab eo p̄ficiat⁹. Ipse autem Lucas genere q̄dem anthiocenus arte medicus comes vero pauli/et ceterozum apostolorū socius et necessarius fuit. Is ergo secundum hāc medicinam quam ex apostolorū societate vel traditione susceperat: duos nobis mediciales libros/quibus nō corpora sed anime curentur explicuit. Euangeliū scilicet: in quo etiā sic p̄fatur. Sicut tradiderunt nobis inquit ii qui ab initio ipsi viderunt z ministri fuerunt verbi dei: quos et ab initio secutus sum. Et actus apostolorū quos nō iam auditu perceperat sed oculis inspexerat. Tradunt autem q̄ euangeliū suuz ex pauli ore descripserit:

et ipsū sit quod apostolus suum euāgelium soleat nominare cū dicit/ secundū euāgelium meum: sicut et marcus que ex ore petri fuerant predicata conscripsit. Ademoratū autē ex comitibus pauli/ crescens quidam ad gallias esse profectus. Linus uero et clemēs in urbe roma ecclesie presuisse: quod comites et adiutores eius fuisse ab ipso paulo perhibentur. Sed et dionisium ariopagitam apud athenas quē lucas describit/ primum paulo predicante credidisse/ inter socios eius fuisse/ et ecclesie atheniensium constat sacerdotium suscepisse. Sed nunc interim ad hystorie ordinē redeamus.

Cap. iiii. de successione apostoli pauli.

Situr post neronē qui tredecim annis obsedit romani culminis principatum/ galba et otho anno et sex mensibus detento principatu defuncti: uel pasiano regni gubernacula derelinquūt posito per idē tempus in procinctu belli quod iudeis intenderat. Ubi ab ipso exercitu cuius quo oppugnabat iudeas/ subrogatur imperio. Itaque confestim romam tendēs/ tito filio suo curam belli/ et hierosolimorum oppugnationis iniungit. Verum post ascensionē domini et saluatoris nostri/ iudei uel in ipsum commissi piaculi/ uel persecutionis in apostolos/ et necis in stephanum/ sed et obtruncationis in apostolum iacobum/ in iacobum nichilominus fratres domini (qui appellabatur iustus) sceleris admitti/ ceterorumque omnium quos propter fidē christi insidiis dolis atque omni fraude nequitie circūuenerāt: per his inquam omnibus malis/ penas diuinitus imponebant. Et apostoli quidē ab illis persequati/ ac per omnē locū dispersi sicut supra diximus/ pergebāt in uirtute christi/ quod eis preceperat dicens. Euntes baptisate omnes gentes in nomine meo. Ecclesia uero que in hierosolimis fuerat congregata/ responso a deo accepto/ emigrare iubetur et transire ad oppidū quoddam. Bellā uero transiordanē: quo ablatis ex urbe sanctis et iustis uiris uindicte celestis fieret locus/ tam de urbe sacrilega quod de populo impio per excidium patrie euerisionēque sumende. Quantis ergo ma-

lis gens tūc uniuersa mulctata sit: atque ipsa iudee terra/ bello/ fame/ igni/ cedibusque vastata sit: quanta populorum milia/ patres simul cum coniugibus ac paruulis et liberis/ absque numero absque discretionē trucidati sint: que etiā diuersarum urbium obsidiones: sed et ipsius magnifice et famosissime ciuitatis hierusalē quanta vastitas: et quanta fuerit diuersarum mortium strages: quibus uel per hec singula bellorum extiterit modus: ut secundum id quod prophete predicterant/ abominatio desolationis in ipso quondam dei famosissimo collocata sit templo: utque ad ultimū cuncta ignis populatus sit: et flamma consumperit: si quis plenius nosse uult/ hystorias iosephi relegat. Nos uero ex his ea tantum que ad explanationem suscepti operis sufficiunt assumemus: et in quibus refert/ quod ex omni iudea populi in die solenni pasche/ hierosolimas uelut exitiali quadam manu cogente conuenerant. Quos tricenas centenas milia hominum dicit fuisse. Iusto scilicet dei iudicio/ tempore hoc ultionis electo: ut qui in diebus pasche saluatore suum et salutare christum domini/ cruentis manibus et sacrilegis uocibus uolauerant: in ipsis diebus uelut in unum carcerem omnis multitudo conclusa: feralis pene exitium quod merebatur exciperet. Preterea que in eis uel gladii cede/ uel aliis belli machinis collata sunt explicare: ea tantummodo quod dire famis exitio pertulerūt/ supradicti hystoriographi sermonibus perferā: quo legentes hec/ intelligant quantum piaculi sit: aude re aliquid in christum: et quod grauibus hac causa suppliciiis erpientur.

Capitulum. iiii. de iudeorum grandi oppugnatione strage et fame qua oppressi sunt.

De itaque quintus iosephi hystoriarum liber ponatur in medio. Ex quo omnis eorum luctuosa tragedia pernoscat. Diuitibus autē permanere inquit aut perire/ unum atque idē erat. Si enim in urbe permansissent facultatum suarum causa/ crimine obiecto/ quasi qui de transfugiendo cogitarent/ perimebantur. Necessitas uero famis/ factiosorum extollebat arrogantiā:



## Liber

et utrunq; simul inedia cū temeritate cre-  
scebat. Publice quidem frumentum nusq;  
omnino erat. Sed inuentes urbis predi-  
ces perstrutabatur domos: et si quid inue-  
nisset/ tanq; de iis qui sefellerāt penas su-  
mebant. Si vero non inuenissent: nichilo-  
minus tanq; eos qui occultius et diligenti-  
us absconderint/ cruciabant. Indiciū ve-  
ro haberi ab eis pabula capiebant hoc ip-  
so q; adhuc viuere et subsistere corporibus  
videbantur: tanq; qui profecto iam inter-  
issent/ nisi absconditos vsq; iam tegerēt ci-  
bos. Si quos sane tabescētes macie vidis-  
sent: hos cum venia preteribant superflu-  
um putantes perimere/ quos paulo post  
absumeret fames. Multi tamen in occul-  
tis omni censu suo mercati sunt pnum me-  
trum. Si diuites/ frumenti: ordei/ si inferi-  
ores fuerunt. Et condudentes se in inferio-  
ribus quibusq; penetrabilibus domo. Nō  
nulli nec in panes confectas fruges ede-  
bant. Alii vero in quantum vel necessitas  
vel metus permetteret/ ex quoquebant. Et  
mensam quidem nullus expectabat appo-  
ni: sed ex ipso semi uista igni rapientes/ p-  
pria velut furtiua deuorabant. Et erat in-  
felicitas ipsius cibi spectaculum miserabile.  
Cum validiores quiq; inuenta diriperent  
Inbecillioribus vero nichil preter luctū su-  
pererat et lacrimas. Et omnium licet acer-  
bitates rerum superaret fames: nichil ta-  
men ita subruit et subuertit/ sicut verecun-  
dia. Quicquid enim saluis rebus pudore  
dignum est: id in hac necessitate contēni-  
tur. Deniq; et uxores de virorum manib;  
et filii de parentum. Et quod est infelicitus  
matres cibos de paruulorum suorum ma-  
nibus atq; ore rapiebant. Et cum dulcis-  
simi liberi in manibus atq; ante ora posi-  
ti tabescerent: exigua vite subsidia denti-  
bus ipsis eximere nemo parcebat. Veruz  
nec ipsos quidem infelices/ et per exiguos  
sumentes latebant cibos: sed continuo a-  
derat predonuz quis: et statim vt clausas  
cuiuspiam conspexissent fores: inditiū cre-  
debant hoc esse/ q; intrinsecus positi ede-  
rent. Et repente despiciatis foribus preci-

## Tercius

pites irruebant: atq; ab ipsis vt ita dicas  
faucibus exprimentes/ si quid forte sum-  
ptum iam fuerat reuocabant. Verberaba-  
tur senes si cibum vendicare temptassent.  
Sparsis etiam crinibus mulieres trabe-  
bantur/ occultare nitentes/ si quid forte de-  
prehensum fuisset in manibus. Nulla  
senibus pro canice reuerentia: nulla erga  
paruulos miseratio. Sed in exiguo panis  
fragmento paruulos inherentes/ ex ipso  
cui inherant suspensos elidebant in ter-  
ram. In eum vero qui raptos cibo preue-  
nisset assumpto/ crudelius seuebant. et ex-  
cogitabant dira supplicia/ obturantes in-  
felicitibus naturales digestionum meatus  
Aliis vero preacutas sudas per eadem ve-  
renda adigentes (horresco que gesta sunt  
referens) ad confessionem per hoc vnus  
panis autciati farine/ miseros perurgebat  
Nam ipsi tortos nec patiebantur famē  
(Esset eniz quodammodo tollerabilis/  
si hoc compulsi inedia facere viderent) sed  
vt vel prepararēt sibi imposteriū: cibos/ vel  
vt crudelitas exercicio coualesceret. In his  
etiam si qui forte furtim per stationes ho-  
stium pro colligendis herbis erepsissent/  
occurrentes eis qui hostium manus effu-  
gisse gauderent/ diripiebant quicquid at-  
tulerant. Supplicantiibus autem et terrē-  
bile quoddam sibi nomen dei iuocantib;  
vt vel partem aliquem ex iis que cum mor-  
tis periculo quesierant indulgerēt: nichil  
prosus prebebāt: sed hoc beneficii loco ces-  
serat/ si comprehensum viuum licuisset e-  
uadere. His autem post aliquanta ad-  
iungit dicens. Judeis vero cum egressu ur-  
bis omnis pariter spes excludebatur salu-  
tis/ et inualescēs acerbitas famis/ domos  
simul et familias gentemq; vastabat. ita  
vt in petrabilibus strata iacerent mulierū  
paruulorumq; cadauera. Per plateas ve-  
ro infelicitum senum corpora/ fame ma-  
gisq; etate consumpta. Iuuenes vero atq;  
omnis etas robustior/ velut simulacra q;  
dam in viis et egressibus oberrabant: cor-  
ruentes quocunq; loci gressum subuisset  
inedia. Sepelire autem cadauera proxi-  
c iiii

morum/nec defunctorum multitudo/nec virium debilitas permittebat: simul et pro sue vnusquisq; vite incerto. Deniq; aliquanti supra eos quos sepeliebāt animas emiserunt. Multi etiam dum prosequuntur funera priusq; ad sepulchrum veniretur efflabant. Sed nec plangens ex more defunctis exhibebatur aut luctus: quia hoc sibi totum vēdicauerat fames. Sed nec aridas inedia/bumorem cuiquam reliquerat lacrimarum. Obsederant ciuitatem profunda silentia: et nox plena mortis cuncta contererat. Quibus malis omnibus grauioribus soli vigeabant predones: qui nec sepulchra quidem diripere et spoliare cadauera illicitem ducebant. Non tam predam petentes / q̄ scelus irrisione cumultantes: et aciem gladioz suoz in cadauerū obtruncatione probantes. Interdū etiam in nonnullos adhuc spirantes mucro examinandus agebatur: quod alii semineces cū viderent / supplices dexterās extendebant vt in se quoq; beneficii loco conuerterent scelus / quo scilicet cruciatibus famis velocius absoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere / necem quam sponte inferebāt si rogarentur negabant. Cum tamē vnusquisq; deficientiū cum gemitu oculos refoqueret ad templum: non de morte propria dolēs / sed de impunitate predonum quos superstites derelinquebant. Et primo quidem sūptu publico sepelire mortuos iusserant fetoris intolerantia: vt pero omnes sumptum cepit vincere multitudo morientium / de muro cadauera precipitabant.

**E**t cum titus circuiens peruidisset repletos mortuozum cadaueribus vallos / et humani corporis tabe patriam terram rigari: cum īgenti gemitu eleuatis ad celū manibus deum inuocat testem / hoc suū opus non esse. Et post aliquanta iterum talia quedam prosequitur. Non cunctabor inquit proferre quod sentio. Arbitrioz enim q̄ etiam si aduersum impios ciues / romanozum paulisper arma cessarent / aut hiata terre / aut aque diluuiū / aut sodomitanis ignibus et fulminibus celitus tortis /

suppliciu; ciuitas dependisset: que multo infastiozē illis qui hec p̄pessi sunt / et nequiozem virozum presentem hanc p̄tulisset etatem: pro quibus et omnis gens pariter mereretur extinguī. Sed et in sexto libro de eisdem talia scribit. Et eozum inquit qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebantur / multitudo innumerabilis erat: quozum nec explicari miseria potest. Per singulas namq; domos sicubi fuisset aliquid cibi repertum: bella continuo cedes inter caros ipsosq; parentes ac liberos nascebantur: dum non solum e manibus / sed ex ipsis etiam / faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat. Sed et ipsi cum iam spiritū exalarent / perscrutabantur a predonibus ne cui forte intra gremium cibi aliquid resedisset. Alii autem per inediam hiantes / velut rabidi canes huc atq; illuc ferebantur: et quasi insania quadam exagitati / in easdem domos sub momēto temporis iterum ac sepius irruebant. Omnia tamē necessitas vertebat in cibum: etiam illa q̄ nec mutis quidem animalib; edere vsus fuit. Ad vltimum ne lorīs quidem vel cingulis aut ipsis etiam calciamentis abstinerunt. Portarum quoq; indumenta detrahentes / conficienda dentibus ingeriebant. Nonnulli et feni veteris festucas edebant. Sed et de quisquiliis vndecunq; collectis paruissimum pondus / dragmis quattuor distrahebant. Sed quid opus est per hec pondus famis illius explicare: cum gestum sit ibi facinus / quod neq; apud grecos neq; apud barbaros vllus accepit auditus: horrendum quidem dictu auditu vero incredibile. Equidem libenter tam immane facinus siluissem / ne quis me crederet monstruosa narrare: nisi multos memorie nostre viros testes commissi sceleris habuissem. Porro vero nec aliquid in hoc patrie prestare me arbitror: si subtraham eozum malozum verba / quozum pertulit facta. Mulier quedā ex iis qui vltra iordanis alueum commanebant / maria nomine / eleazari filia / de

## Liber

dico bethzob. quod interpretatur domus  
sopii / genere et facultatibus nobilis / cum  
reliqua multitudine que confluxerat hie /  
rosolimis reperta / comunem cum omni /  
bus obsidionis casum ferebat. Huius re /  
liquas quidem facultates quas e domo in  
urbem conuexerat tyrani inuasere. Si qd  
per reliquiarum ex magnis opibus fuerat /  
quibus victum quotidianum pertenuem  
duceret / irruentes per momenta predo /  
num satellites rapiabant. Pro qui /  
bus ingens mulierem velut insana iam  
quedam ex indignatione fatigabat: ita vt  
interdum predones malectis necem sui  
et conuictis instigaret. Verum cum neqz  
irritatus quisqz neqz miseratus eam peri /  
meret / et si quid forte cibi fuisset ab ea que  
situm ab aliis queretur / nec iam vsqz repe  
riendi copia fieret. Fames autem dira vi /  
sceribus ipsis insisteret ac medullis: et ad fu  
rorem iam perurgeret inedia fame et ira  
pestimis vna consultoribus / contra ipsa  
iam armatur iura nature. Erat namqz ei  
sub vberibus paruulus filius. Hunc ante  
oculos ferens / infelicis inquit matris. o  
infelicioz fili in bello fame et direptione p  
douum cui te seruabo? Nam et si vita spe  
rari possit / iugo romane seruitutis urge /  
mur. Sed nunc ipam seruitutez preuenit  
fames. Predones vero vtraqz vi grauio /  
res perurgerent. Veni ergo nuc o mi na /  
te esto matri cibis / predonibus furor / se /  
culis fabula. que sola deerat cladibus iu /  
deorum. Et hec cum dixisset. simul filium  
iugulat. Tum deinde igni superpositum  
torret: et medium quidem consumit: mediū  
pero seruat obtectum. Et ecce confestim p  
dones irruunt / obpste carnis nidoze com /  
cepto mortem minantur: nisi sine mora ci /  
bos quos paratos senserant demonstraret.  
Tum illa equidem partē inquit vobis op  
timam reseruauī. Et continuo que super /  
fuerant membra detexit infantis. At illos  
repente ingens horroz inuasit: z immanes  
quāuis animi diriguere: vox faucibus in /  
terclusa est. Illa vero truci vultu / et ipsis  
iam predonibus truculentior / meus inqt

## Tercius

hic filius meus est partus: z facinus meuz  
est. Edite. Nam et ego prior comedi quez  
genui. Nolite effici aut matre religiosio /  
res: aut femina molliores. Qd si vos pie  
tas vincit et exetramini cibos meos / ego  
que iam talibus pasta sum: / ego bis ite /  
rum pascar. Post hoc illi territi tremen  
tesqz discedunt / qz hunc solum ex omnibz  
facultatibus misere matri relinquerant ci  
bus Repleta est autē confestim ciuitas vni /  
uersa nefarii sceleris nuntio. Et vnusquis  
qz ante oculos facinus quod perpetratus  
fuerat adducens / tanqz si ipse hoc ppetras  
set horrebat. Omnes autē quos famis neces  
sitas perurgebat: festinabant magis ad  
mortez beatos dicentes eos quibus conti /  
git interisse priusqz talium malorum pollue /  
rentur auditu. Hactenus iosephus.

### Cap. v. de iis que a christo p̄dicta sunt.

Situr iudeos pro iis que in chri /  
stum comiserunt piaculis talis cō  
secuta est pena. Dignum autē est huius  
hystorie adhibere dominicas voces / quibz  
ipse saluator talia secutura esse p̄dixit.  
Ne autem ait: pregnantibus et nutrienti /  
bus vel lactantibus in illis diebus. Orate  
autē vt nō fiat fuga p̄ra hyeme vel sabbato  
Erit enī tūc tribulatio magna qualis nō  
fuit ab initio seculisqz nuc. neqz erit. Col  
ligēs autem supradictus historiographus  
omnem numerum peremptorum / vel fa /  
me vel ferro / vndecies centena milia desi  
gnauit. Ceteros vero latrones et sicarios  
ac predones post vrbis excidium mutuis  
declarat interisse vulneribus. Electos au  
tem quosqz iuuenum quos decoret proce  
ritas corporis comendabat / ad triumphū  
dicit esse seruatos. Reliquos autem qui  
supra decem z septem annos agebant eta  
tis / vinctos ad opera egypti per metalla  
designatos / z per ceteras prouitias esse di  
spersos. Alii quidē vt ludis gladiatoris /  
alii vt bestiis traderentur. Si qui vero itra

## Liber

septimum et decimum etatis reperti sunt an-  
num/per diuersas prouincias in seruitu-  
tem distrahi iussi sunt: quorum numerus  
usque ad nonaginta milia perductus est.  
Hec vero omnia gesta sunt secundo an-  
no imperii vespasiani/ iuxta ea que ipse do-  
minus et saluator noster iesus christus pre-  
dixerat. Quippe qui ea que gerenda erant/  
presentia iam videret tunc cum secundum  
euangeliorum fidem/ Videns ciuitatem  
flevit super eam: et velut in auribus eius  
prelocutus est hec verba. Si agnouisses in-  
quit et tu/ in hac die que ad pacem tibi sunt/  
nunc abscondita sunt ab oculis tuis. Quia  
penitent dies in te: et circumdabunt te in-  
mici tui pallo/ et circumdabunt te/ et perur-  
gebunt te undique/ et ad solum reducent te/  
et filios tuos qui in te sunt. Sed et rursum  
tanquam de populo dicens/ erit enim (inquit)  
necessitas magna super terram/ et ira po-  
pulo huic: et cadent in ore gladii: et capti-  
ui ducentur in omnes gentes: et hierusalem  
erit conculcata a gentibus/ usquequo com-  
pleantur tempora gentium. Et iterum. Cum  
autem videritis circumdari ab exercitu hie-  
rusalem/ tunc scitote quia appropinquabit  
eius desolatio. Comparet nunc unusquisque  
domini et saluatoris nostri sermones/ cum  
historiographi relatione/ de bello quod ge-  
stum est atque excidio ciuitatis. Et videns  
miram diuine prescientie virtutem/ agnoscat  
predicantis diuinitatem. Hec quidem iu-  
deorum genti post passionem saluatoris/  
iuxta predictionem venerunt: pro eo quod auctorem  
vite a semet ipsa vniversa gens conclamauit  
auferri. Veruntamen nichil obstat ea ad-  
dere/ per que pietas et clementia dei/ licet  
ingratis videtur oblata. Quadraginta  
namque post admissum piaculum continu-  
is protracta annis impiorum pena differ-  
tur. In quibus et apostoli omnes/ precipue  
tamen iacobus qui dicebatur frater domi-  
ni/ in hierosolimis episcopus constitutus  
indefinenter populum commisse impieta-  
tis et feralis ausi de scelere commonebant  
si forte possent committi penitentiam ge-  
nere: si possent flere pro scelere: et plures

## Tercius

penarum flammis lacrimarum vberta-  
te restringere. Ostendebat namque eis de-  
per suam patientiam quod ipsorum querere  
penitentiam. Quia non vult tantum de  
mortem peccatoris/ quantum ut conuer-  
tatur et viuat.

Capitulum. vi. de portentis ante bellum  
in plitionem mortis christi iudeis immisi-

Illire autem adhuc mentis eorum  
duricia nitentur diuina maiestas  
signis et prodigijs celitus datis terrores si-  
mul et minace dexteram ostendendo po-  
tius quam inferendo. De quibus supra dicitur  
historiographi fides/ ut in ceteris etiam  
in hoc sufficiens erit. Relegamus er-  
go quid in sexto historiatarum suarum li-  
bro/ de his ipse signauerit. Sed infelicem  
inquit plebem/ teterrimi quidam homines  
et deceptores falsa patinantur suadebant  
ut euidentibus signis et indicijs iracundie  
indignationis diuine non crederent. Quibus  
aperte futurum et vrbis et gentis pre-  
sagebatur excidium. Sed velut afflati et  
amentes/ et qui neque oculos neque animam  
in se haberent/ spernebant omnia que ce-  
litus nunciabantur. Etenim stella perful-  
gens/ gladio per omnia similis/ immine-  
re desuper ciuitati/ et cometes preterea ex-  
traabilibus flammis ardere/ per totum vi-  
sa est annum. Sed et ante excidii tempus  
ac belli/ cum populi ad diem festum azi-  
morum conuenirent/ octaua die mensis san-  
dicijs qui est aprilis/ noctis tempore hora  
nona/ tantus luminis fulgor/ aram templumque  
circundedit: ut putarent omnes diem cla-  
rissimum factum: et permansit spacio hore  
dimidie. Quod imperitis quidem et igna-  
ris prosperum videbatur. Sed legis perit-  
os et probos quosque doctores non latuit  
exitiale portentum. In eadem quoque festi-  
uitate/ vitula sacrificijs admota/ et aris  
assistens/ inter ipsas ministroz manus  
enixa est agnam. Sed et ianua interioris  
edis que respiciebat orientem cum esset ere-  
solito induta/ ac proinde immensi ponde-

## Liber

ris: que vix viginti viris summo conatu impellentibus clauderetur: ferreis quoque pectibus et seris munita/ac pectulis in altis demissis teneretur obstricta: repente hora noctis sexta apparuit sponte patefacta. Sed et transacto die festo/post aliquot dies/prima et vicesima die mensis artemesii qui maius apud nos vocatur/prodigiosus apparuit visus et fidem pene excedens: quod vere falsum putaretur: nisi oculorum fide confirmasset malorum consecuta perniciēs. Etenim prope solis occasum/visi sunt currus et quadrigae in omni regione per aërem ferri/et armatorum cohortes misceri nubibus et urbem circumdari agminibus improvvisis. In alio autem die festo qui pēthecostes appellatur/noctu sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda/primo quidem motus quosdam strepitusque senserunt. Tum deinde voces subitas audiunt dicentes. **A**gremus hinc. Additur his etiam aliud terribilius. Etenim quidam ananie filius/iesus nomine/vir plebeius et rusticus/ante quartum belli annum/cum civitas in pace et abundantia perduraret in die festo tabernaculorum/repente clamare cepit. Vox ab oriente/vox ab occidente/vox a quattuor ventis/vox super hierosolimam et super templum/vox super sponsos et sponzas/vox super populum. Et indefinenter die noctuque per omnes plateas circueiens hoc clamabat: usquequo quidam primores ex populo viri velut infausti presagii indignatione commoti/corruptus hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens/sed ne eos quidem qui circumsteterant deprecans/easdem voces pari obstinatione et clamore repetebat. Tunc principes intelligentes ut res erat numinis eē motum in viro: perducunt eum ad iudicem romanum. Apud quem flagris usque ad ossa laniatus/neque preces neque lacrimas fudit: sed eandem vocem miserabiliter et cum quodam plulatu emittens/per singula pene verba proferebat: addēs etiam hoc. **U**el. Prosequitur et aliud idem hystorogra-

## Tercius

phus maiore gestum miraculo: dicens oraculum quoddam in sacris litteris repertum quod per idem tempus virum designaret ex eorum regione processurum/qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi presagium idem hystorographus vespasianum declarare est suspicatus. Sed vespasianus non aliis quam illis solis gentibus que romano imperio videbantur subdite dominatus est. Unde iustius ad christum hebreo responsa referantur ad quem dixerat pater: **M**ete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre. Et cuius per idem tempus per apostolos suos in omnem terram exierat sonus/et in fines orbis terre verba eorum.

**C**apitulum vii. de iosepho et quos reliquerit libros.

**D**e reprecium sane est post ista agnoscere quis fuerit hic iosephus/et unde/vel ex quo genere originem ducens: qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemque prestiterit. Exponit ergo etiam hoc ipse de se hoc modo scribens. Iosephus mathie filius ex hierosolimis sacerdos. qui et ipse primo bello romanos oppugnauerit: et posterioribus nichilominus interfuerit preliis necessitate constrictus. Constat ergo hunc virum per idem tempus non solum apud romanos habitum esse nobilissimum: ita ut litterarum merito in urbe roma etiam statua donaretur et libri eius bibliothecae traderentur. Conscripsit namque antiquitatum hystoriam in viginti libris. Belli vero iudaici cum romanis habitae hystoriam/septem voluminibus comprehendit. Quam non solum greca facundia: verum et patrio id est hebreo sermone/suis etiam civibus se edidisse confirmat: dignus cui pre ceteris omnibus debeat credi. Sed et alia eiusdem viri extant de iudeorum vetustate duo volumina. In quibus contradicere appionis cuidam grammatico videtur: qui illis temporibus adversum iudeos scripserat. et ad

alios quosdam/qui morem gentis in deo-  
rum atq; instituta lacerauerat. In primo  
ergo ex his duobus libro/q; volumina apud  
hebreos i auctoritate habeantur secundū  
maiorum traditionem p hec edocet.

**Capitulum.viii.** quomodo iosephus pul-  
chre diuinarū meminit scripturarū.

Eq; igitur innumera inquit apud  
nos habentur volumina inter se i-  
uicem discordantia. Sed duo tantum et vi-  
ginti sunt libri/qui omnium temporū se-  
riem continēt. Quis iuste creduntur diui-  
nitus ispirati. Ex quibus quinq; sūt moy-  
si/continentes legis vite et succellionis hu-  
mane profapia: vsq; ad ipsum moysi ter-  
minum pertendentes. Qui paulominus  
ad tria milia annorum continentiam ge-  
runt. A morte vero moysi vsq; ad artax-  
erxen qui post xersem regnauit apud per-  
sas/que gesta sunt: prophete quiq; per ea  
tempora tredecim voluminibus cōscripse-  
rūt. Reliqui vero quattuor libri/hymnos  
in deum et vite instituta ac monita morta-  
lib; tradūt. Ab artaxerre vero vsq; ad no-  
strum tempus scripta sunt quidem omnia:  
fide tamen non eadem que primis habe-  
tur digna ducuntur. pro eo q; non ita exti-  
terit prophetarum iugis et explorata succes-  
sio. Rebus igitur ipsis constat: q; nos ve-  
nerabiliter vtamur scripturis nostris. Nā  
cum tot secula intercesserint: neq; addere  
quis vnq; neq; auferre aut permutare qd  
ausus est. Sed oibus gentis nostre homi-  
nibus insita hec quodammodo atq; in-  
genita fides est: credere hec dei esse consul-  
ta/et his iugiter inherere: ac pro ipsis si ita  
res poposcerit libenter et animam ponere.  
Sit etiam hec pars hystoriographi. his in  
locis a nobis vt arbitror nō incompetēter  
inserta. Est adhuc et aliud eius elegans  
satis volumē quod animus sit qui impe-  
rium teneat in nobis. Quem libellus qui-  
dam machabeorum attitulauere: pro eo q;  
certamina inibi et agones p pietate a ma-  
chabeis fratribus desudata/contineat.

Sed et in fine vicesimi antiquitatum libri  
significat idē ipse proposuisse se quattuor  
voluminibus comprehensurum/ secundū  
fidem et religionem patriā/ de deo et sub-  
stantia ac legib; et cur quedam apud eos  
liceant quedam vero non liceant. Sed  
et alia nonnulla opuscula a se dicit esse cō-  
posita. In fine etiam supradicti vicesimi li-  
bri antiquitatum/ iustum quendam ex tis-  
beriade/ qui conatus sit hoc idem operis  
quod ipse explicuerat aggredi/ arguit falsi-  
tatis per hec verba: Sed nō ego te imita-  
tus sum i his que conscripserā. Ipsi etenim  
imperatoribus obtuli libros meos/ cū ad-  
huc ipsa que gesta sunt pene in oculis ha-  
berētur. Quippe qui conscius michi esse  
seruate in oibus veritatis: nec me de eorum  
testimonio sefellit opinio. Sed et aliis plu-  
ribus obtuli/ quorum multi etiam ipsis vi-  
terfuere bellis: sicut Aggripa rex et nōnul-  
li eius propinqui. Et imperator quidem.  
Titus intantum probauit ex istis debere  
libris ad omnes homines rerum gestarū  
noticiā peruenire: vt manu sua subscriberet  
publice ab omnibus eos legi debere.  
Rex vero Aggripa sexaginta et duabus  
epistolis/ de operis nostri veritate testat<sup>9</sup>  
est: ex quibus et duas inserui. Sed de his  
satis dictum est. nunc ad narrationis no-  
stre seriem redeamus.

**Capitulum. ix.** q; post iacobum simeon  
hierosolimorū rexit ecclesiā.

Est martirius iacobi et continuo  
consecutus ciuitatis excidium/ tra-  
ditur apostolos ceterosq; domini discipu-  
loa/ qnt ad illud tempus reliqui erant/ in  
vnum e locis omnibus conuenisse/ simul  
cum iis qui propinqui secundū carnē do-  
mini dicebantur. Plurimi nanq; et ex his  
per illud tempus supererant/ et habuisse  
in commune consilium/ quē oporteret di-  
gnū successionē iacobi iudicari. Omnesq;  
vno consilio atq; vno consensu. Symeo-  
nem cleophe filium decreuisse. Cuius me-  
tio in euangeliis facta est: vt episcopatus  
sedem susciperet. Cōsobrinus is secundū

## Libet

carnem saluatoris fuisse dicebatur: quia deopham fratres fuisse ioseph egesippus testatus est.

**Capitulū. x. q̄** vespasianus posteritatem dauid iussit inquiri

Et idem tempus vespasianus post excidia hierosolimorum/omnes si qui forte ex familia dauid superfuissent apud iudeos/velut regalis prosapie viros perquiri iubet. Unde etiam pro hac causa grauissima iudeis persecutio exorta est a titō filio vespasiani. Sed vespasiano decēnio principatu ministrato/titus filius in ipse rio succedit. Cuius secundo regni anno/ Linū. xii. annis in sacerdotio transactis/ vrbis rome episcopatu tradidisse anacleto ferunt.

**Capitulū. xi. de ordine et successione episcoporum alexandri et rome simul et de epistola clementis ad corinthios.**

Ed titus non amplius q̄ duobus annis totidemq̄ mēsis principatu romani apicis ministrato: Domitiano frī sumā rerū reliquit. Quarto igit̄ anno domitiani/apud alexandriā Annianus. xx. et duobus annis ministrato sacerdotio defunctus est. In cuius locū scōs succedit abilius.

**In vrbē vero roma duodecim anacletus annis in episcopatu exactis: sacerdotii sedē clemēti tradidit.** **Quē adiutorē suū paulus apostolus philippensibus scribēs/ designat dicens.** Cuius clemēte et ceteris adiutoribus meis: quorum nomina sunt in libro vite. **Huius clementis epistola habet ad corinthios scripta/ precipua plane et valde mirabilis: quā velut ex persona romane ecclesie dictauit: cū dissētio apud corinthios fuisset exorta.** Quā epistola in plurimis ecclesiis publice legi et veterū et nostris etiā temporibus constat.

**Cap. xii. de persecutione sub domitiano.**

Erunt de seditione facta apud corinthios/ ac dissensionē plebis/ testis valde fidelis Egesippus indicat hoc mō dicens: **Multa erga multos crudelitate domitiano exercita/ plurimisque in vrbē roma nobilibus et illustribus viris nullo iure nul-**

## Tercius

laque rōne trucidatis/ innumeris etiā in exiliis trufis/ et bonorum direptione mulctatis ad vltimū neroniane theomachie/ et impietatis successor efficit. **Secundū hic quippe ab illo persecutionē molit̄ in nostros: cū vtiq̄ pater suus vespasianus nichil prostris nostris irrogauerit iniurie.**

**Capitulū. xiii. de iohāne euāgelista et reuelatione eius.**

Ho in tempore apostolus et euāgelista iohannes. ob predicationē verbi diuini et testimonium veritatis/ in insulas pathmos tradit̄ ablegatus. Deniq̄ hyreneus scribēs de cōpoto nois antixpi quod cōtinet̄ in reuelatione que dicit̄ iohānis/ quito aduersū hereses libro/ hec de ipso iohanne cōmemorat. q̄ si oporteret inq̄t aptius in hoc tempore de isto noie predicari: a quo magis potuerat aperiri/ nisi ab eo q̄ ipsā reuelationem vidit. **Neq̄ em̄ multū temporis est/ sed pene nostra etate.** In fine etenim domitiani principatus exorta ē. In tantū vero per idē tempus fidei nostre instituta florebat: vt etiā nonnulli alie a religione nostra scriptores/ hystoriarū suarū tradiderit monumentis/ et de persecutionibus illius temporis et etiā de martyriis. **Qui et diligēter explorato tpe designat/ q̄ quito decimo anno domitiani principis/ cū aliis plurimis/ ab eo etiā flauia/ domicilla sororis/ filia flauii clemētis vnus tūc ex cōsulibus vrbis/ ob testimonium quod christo phibeat/ in insulā pōtia noie deportata est.**

**Cap. xv. q̄ posteritatem dauid domitiano primi iussit simulz de psapia chasti ex testimonio egesippi.**

**Hud ipsū vero domitianū/ cū iussisset oēs perimī q̄ de genere dauid et regia stirpe descēderēt vetus traditio tenet q̄ delati sunt q̄dā quasi essēt de posteritate iude/ quē fratrem fuisse saluatoris scōs carne tradit. quiq̄ duplici vgebāt inuidia: velut q̄ ex dauid genere/ et ex ipsius xpi ppinitate descēderēt: Que egesippus ordinē his vrbis refert.** **Adhuc aut̄ viuebāt: q̄daz de carnali genere dñi nr̄i/ nepotes iude: eius qui secunduz carne frater domini**

## Libet

dicebatur. Quos quidem detulere / tanq̄  
ex dauid stirpe venientes. Hos reuocatus  
quidam nomine / qui in hoc missus fuerat  
perducit ad Domitianum cesarem. Et ip  
se enim formidabat de aduentu christi /  
sicut et initio herodes. Interrogati ergo a  
domitiano si esset ex familia dauid cofes  
si sunt. Tunc quasiuit ab eis / quantis possioni  
bus vel quantis essent facultatibus predi  
ti. At illi responderunt / q̄ vtriq̄ non am  
plius esset in bonis / nouem milibus dena  
riis. Ex quibus singulis pars media pro  
portione deberetur. Nec hec sibi in pecuni  
am subsistere: sed in estimatiōe terre: que  
eis esset in quadraginta minus vno iuge  
ribus constituta. Quam suis manibus ex  
colentes: vt z ipi alerentur et vt tributa de  
pende: ent. Simul et testes ruralis et diur  
ni operis / manus labore rigidas / et callis  
obduratas preferebant. Interrogati vero  
de christo quale sit regnum eius / vel quis  
ipse aut vnde aut quādo venturus: respō  
dere / q̄ non huius mundi regnum / neq̄  
huius terre ei designetur imperium: sed q̄  
celeste ei regnum per angelorum ministe  
ria in consumatiōe seculi preparatur: quā  
do scilicet aduēturus in gloria de viuis ac  
mortuis iudicabit: et restituet vnicuiq̄ p  
factis ac meritis suis. Ad hec Domitianus  
cum neq̄ in eis quicq̄ criminis inueniret  
et vilitatem eorum q̄ maxime contemne  
ret: abire eos liberos iubet. Sed z persecu  
tionem quam aduersus ecclesias: agitari  
iusserat / datis rursus compescit edictis.  
Illi vero dimissi ab eo / vel martyrii meri  
to / vel tante propinquitatis prerogatiua /  
pacis iam tempore duces ecclesie effecti /  
vsq̄ ad Traiani tempora permanserunt.  
Nec quidem Egesippus. Sed et Tertuli  
anus de Domitiano similia refert dicēs.  
Temptauit aliquando et Domitianus  
simile aliquid portio neronis de crudelita  
te / sed quasi homo cito destitit: ita vt etiaz  
eos quos in exilium miserat reuocaret.

Capitulum. xvi. de successione quorum  
dam imperatorum et episcoporum.

## Tercius

Est Domitianum vero quinde  
cim annis imperio potitum / Ner  
ua suscipit principatum. Sub quo omnes  
quidem honorum tituli qui in Domitia  
num collati fuerant / detrahuntur. Reuo  
cari autem quicunq̄ ab eo in exilium tra  
si sunt / ac recipere facultates / ex senatus  
consulto iubentur. De quibus singuli tes  
timonium perhibent / qui gesta illorum  
temporum conscripserunt. Tunc igitur a  
postolum Johannem post absolutionem  
insule / epbesum quasi ad scolam propiaz  
redisse / nostrorum scriptores declarant.  
Nerua vero post annum pl<sup>9</sup> minus de  
functo / Traianus succedit in impio. Cui  
ius primopincipatus anno Abilius apud  
alexandriam tredecim annis sacerdotio  
ministrato diem obiit. Cui succedit Cer  
don tercius in sacerdotium. Qua tempe  
state in vrbe roma Clemens quoq̄ terci  
us post paulum et petrum pontificatum  
tenebat. Sed et apud anthiochiaz Euo  
dus primus fuerat / et secundus Ignati<sup>9</sup>  
Ierosolimis quoq̄ Symeō secundus post  
Jacobum fra. ram domini his dē temporib  
bus gubernabat ecclesiam.

Capitulum decimū septimū de iohanne  
euangelista.

In his superstes adhuc apud asi  
am demorabatur ipse ille quem  
amabat dominus Jesus / apostolus simul  
atq̄ euangelista Johannes: ecclesiarum  
que inibi erant gubernacula gerens / post  
Domitiani vt diximus obitum regressus  
ex insula. Quod quia ita se habeat / duo  
bus fidelibus testibus approbabo. Hy  
reneus et Clemens alexandrinus / huic ve  
ritati astipulantur. In secundo aduersus  
hereses libro. Hyreneus hoc modo scri  
bens: et omnes inquit presbiteri testes sūt  
qui in asia Johannem discipulum domi  
ni viderunt / et sciūt hec tradidisse Johan  
nem: qui et permansit apud eos vsq̄ ad  
tēpora Traiani. Itē in tercio eiusdem ope  
ris libro idē scriptor de isdem ita testatur



## Libet

Ecclesia inquit q̄ est apud ephesuz/a paulo quidē fūdata est: a iohāne vero edificata: q̄ p̄mansit ī ea vsq; ad tēpora traiani. Ha- bes hūc testē fidelem de apostoli tēporib⁹ cōtestantē. Accipe q̄d etiā clemēs cui⁹ pari- ter p̄missimus testimoniū dicat: hystoriam quādā p̄necessariā simul terēs. Quā nos quoq; si inseramus/ptilē fore legētib⁹ cre- dimus. Scribit ergo hec.

Cap. xviii. quomō iohēs adolescentem clare ī dolis ducē latronū factum reuocat ad ecclesiam ⁊ conuertit.

Adi inquit fabulā ⁊ nō fabulā/sed rez gestā de iohāne apostolo memo- riis oīz traditā: Cū p̄ tirāni obitū de path- mos īsula ephesū rediret: rogabat etiā vi- cinas illustrare prouintias/quo vsq; ecclias fūdaret ī q̄bus nō erāt locis: ⁊ ī q̄bus erāt sacerdotibus ac mīstris. instrueret / scdm̄ q̄ ei de vno quoq; spūs sc̄tūs iudicasset. Cū igitur venisset ad quādaz vrbē haud longe positā/oībus ecclesiasticis solēnit̄ adiple- tis: vidit iuuenē quēdā/validū corpore/et vultu elegantē: sed et animis acrē nimis: respiciēsq; ad episcopū qui nup fuerat or- dinatus: Hūc inquit tibi sūmo studio cōmē- do/sub testimonio xp̄i ⁊ totius ecclesie. Tū ille suscipiēs/oēm se adhibiturū sicut p̄ci- piebat diligētīā pollicet. Sed itez atq; ite- rum eadē sep̄us repetēs/iuuenē cōmen- dabat attētius. Et post hec ephesū rediit. Tū vero epūs adolescentē ī domū suā su- scipit cōmendatū: ⁊ cū oī diligētīa enutrit amplectit̄/fouet. Ad vltimū etiā baptis- mi gratiā tradit. Post hec ias velut cōfidens gratie qua fuerat cōmonitus/ paulo īdul- gētius habere iuuenē cepit. Sed ille vbi ī- matura libertate potit⁹ est: cōtinuo p̄ eque- uos (q̄bus luxus ⁊ desidia cordi ē) amare vicia/ ⁊ corrupte vite icedere tramitē p̄do- cetur. Et primo q̄dē cōuiuioꝝ illecebris de- cipiit. Inde nocturnis eū furtis sociū sibi p̄- ticipēq; cōsciscūt. Post hec etiā ad maiora flagitia p̄trahūt. Cū iterea sēsīm iuuenis formabat/ ⁊ īstituebat ad scelera/ ⁊ q̄ esset acer ingenio/sicut equus ī frenis ⁊ valid⁹/ duris morsibus obfirmat⁹/recti itineris li-

## Tercius

neā derelinquēs/rectore contēpto/rapido cursu totus fertur īpreceps: ita succeden- tibus sibi malis: vt desperationem quoq; adeo sibi prestite salutis/acciperet. Dedit gnat̄ iā de paruis sceleribus cogitare: grā- dia queq; molitur: ⁊ ex integro p̄ditioni se tradēs/nulli inferiorē se ī flagitiis patit̄- tur. Deniq; illos ipsos q̄ prius magistri criminū fuerant discipulos facit. Et latro- num ex his turmam quibus ipse dux ⁊ p̄- ceptus violentus p̄esset instituit: ⁊ cum his omni crudelitate grassatur. Veruz tēpore elapso/cū rei ita poposciscet vtilitas/inui- tatur iterū ad illā vrbē iohānes. Et cū ce- tera quoz gratia venerat ordinasset: age- inquit o episcopo/depositū representa/q̄d tibi ego plane ⁊ ch̄stus cōmēdauius/ec- clesia teste quā regis. At ille obstupuit/p̄- mo pecuniā putans a se reposci quaz non acceperat. Sed rursus considerabat/nec posse fallere iohannē/nec quod non dedit querere. herebat igitur stupēs. Quē iohā- nes herentē videns/iuuenem inquit illuz repeto a te/ ⁊ animā fratris. Tunc grauit̄ suspirans senior/ ⁊ ī lacrimis resolutus/ ille ait mortuus est. Quomodo inquit vsq; qualī morte: deo ait mortuus est/ quia pes- simus ⁊ flagitiosus euasit. Ad vltimū etiā latrocinium aggressus est. Deniq; nunc montē quēdā cū multa latronū manu oc- cupauit. Quibus auditis. Apostolus/ ves- stem continuo qua erat idutus sc̄dit: ⁊ cū ingenti gemitu ferēs caput suum/bonū inquit te custodē fratris anime dereliqui. Sed ias nunc michi equus paretur et dux ītineris. Et cōfestim ab ipsa ecclesia ascen- dens/cōcitus properabat. Cūq; puenisset ad locū/attinetur ab his latronibus q̄ cu- stodias obseruabāt. At ille neq; effugere/ neq; prorsus declinare vsq; nitens/ingēti tantū voce proclamabat: quia ad hoc īm- veni: adducite michi principē vestrū. Qui cū veniret armatus/eminus agnito iohā- ne apostolo/pudore actus ī fugā vertitur. Ille equo post eū admissō cōfestim īseq̄t: fugitantē. etiā etatis oblitus/simul ⁊ cla- mans: Quid fugis o filiū patrē tuū: quid

fugis inermē senē: miser/noli timere: habes adhuc spē vite: ego aut rōnez reddam pro te certez mortē p te libenter excipiā/sicut z domin⁹ excepit p nobis: z pro tua aīa dabo aīam meā. Sta tm̄ z crede michi q̄a christus me misit. At ille audiēs restitit: ac pultū demisit ī terraz. Post hec arma picit. Tū deīde tremefactus flebat amarū sime: z accedētis ad se senis geīb⁹ prouoluitur. gemitibusz plululātib⁹ q̄bus poterat satissaciēs: z pberrimis lacrimarū suaruz fontibus iterū baptizabat/occultās solaz dexterā suā. Apostolus vero iurisiurandi sacramto se ei a saluatore impetraturū peniaz pollicens/simulqz genibus ei⁹ pro uolutus: atqz ipsaz dexterā ex cuius cedis cōscientia torquebatur tanq̄ iaz per penitētiā purgatā deosculans/ad ecclesiam reuocat. Et indefinēter pro eo orationes profundens/z cū ipso pariter ducēs crebra ieiunia/indulgentiam a deo quaz ei pollicitus fuerat expetebat. Sed z parūs sermonum consolationibus/uelut quibusdā precātationibus efferos z exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstinit q̄ euz in omibus emendatum etiāz eccleie proficeret: prebens p hoc magna exēpla vere penitentie: z documentū ingēs noue regenerationis: atqz insignia quedā z trophea inuisibilis ī eo resurrectionis ostendēs. Nec a clemente dicta non solū ad sciētiaz rerū sed ad utilitatē legentium profutura/būc in nostris quoqz libris teneant locū.

Capitulū. xix. de indubitatis scripturis z libris diuinis.

**A** De iam etiāz huius apostoli q̄ sint scripta que ī auctoritate habeant/cū his pariter explicemus. Est igit̄ primo euāgelium nominis ipsius: qd̄ in oī orbe perfonuit. q̄ autē post cetera tria euangelia/quarto a peterib⁹ statutū est loco/hec erit ratio. Venerabilesz vere deo digni apostoli christi/cū essent in omnibus puritate vite z animi virtutibus clari/nō magni pendebant sermonis ornatū. Quippe ī quib⁹ anima erat diuinis ornata virtutibus: si-

mul z signoz gratia que eis a domino nostro iesu christo cōressa fuerat confidētis nō in suasoz iis humane sapientie uerbis sūmaz predicationis dominice collocabā sed in ostētatione spiritus z uirtute: p quā mirabilibus consumatis/z uerborū suoz fide facta/ pniuerso orbi regni celozū sciētiam tradiderūt: paruidentes plures libros condere: q̄ huiuscemodi predicationis assertio/nō argumēto humani sermonis sed astipulatione diuie uirtutis indigeat. Deniqz Paulus qui inter omnes apostolos eruditior etiam in uerbis uidet̄/z sensibus prepotens/nō amplius q̄ paru epistolarū suarū corp⁹ reliquit: Qui utiqz imensa contineret intra se atqz innumera sacramenta: utpote qui etiā usqz ad terciū celū raptus/que gererent̄ inspererat: z in ipsū quoqz deo dignū paradīsum abduci audierat ibi ineffabilia uerba/z doctrinā (quecūqz illa inibi est) siue corporeus siue incorporeus/illius interim schole discipulus effectus exceperat. Sz z reliqui dñi ac saluatoris nr̄i discipuli/nō solū ex illis duodecim/sed z si qui extra numerum hūc de schola tamē dñi z saluatoris nostri sermonem aliquēz diuinitus inspirati memorie reliquerūt. breuē hunc z succinctū p oīa eē uoluerunt. Igitur ex ipsis discipulis dñi. matheus tantūmodo z iohannes ad scribendū appulisse animū traduntur: necessitate quadā in hoc ipsum prouocati. Ad matheus enī primo hebreis predicauerat. Verum cum pararet trāsire ad gentes/patria lingua scripturam composuit: z ea que predicauerat cōprehendens/dereliquit iis ad memoriaz a quibus profiscebatur ut gētib⁹ predicaret. Post hūc lucez marci scriptura euangelica/scōz eas causas quas superius diximus editur. Johannē uero tradunt usqz ad ultimum pene uite sue tempus/absqz ullius scripture indicis euāgelium predicasse. Sed cum horum triū euāgelioz/etiam ad ipsū noticia peruenisset probasse quidem dicitur fidem z ueritatez dictozum. Deesse tamē uidit aliqua/et ea maxime que primo predicationis sue tem-

## Liber

poro dominus gesserat. Certum est enim  
quod in superioribus tribus euāgelis/hec vi-  
dentur sola contineri: quod ab eo gesta sunt an-  
no quo iohannes baptista vel indusus est  
in carcere/vel punitus. Denique si obserues/  
statim in initio narratiois posteaque refert ma-  
theus de quadraginta dierum ieiunio/et de  
temptatione eius/continuo subiicit dicens  
Audiens autem quod iohannes traditus est/dis-  
cessit de iudea et venit in galileam. Sed et  
marcus similiter posteaque inquit traditus  
est iohannes/venit iesus in galileam. Lucas  
vero etiam priusquam incipiat aliquid de actibus  
referre iesu dicit: quia adiecit herodes super  
omnia mala que gesserat et conclusit iohā-  
nem in carcerem. Quia inquit ab his hec vide-  
bantur ommissa/rogatus dicit iohānes apo-  
stolus/ut ea que preterierant priores ante tra-  
ditionem iohannis/saluatoris gesta conscri-  
beret. Et ideo dicit in euangelio suo. hoc fe-  
cit initium signorum iesus. Et iterum in alio lo-  
co indicat dicens. Hodum enim iohānes mis-  
sus erat in carcerem. Ex quibus constat quod ea  
que antea iohānes traderetur ab iesu fue-  
rant gesta describit. Et ideo si quis hoc di-  
ligentius consideret: euidenter inueniet non si-  
bi euangelia dissonare/sed alterius tempo-  
ris gesta esse que scribit iohannes/alterius  
vero que ceteri. Unde quia natiuitatem  
secundum carnem saluatoris vel matheus vel  
lucas descriperant: reticuit hoc iohannes  
et a theologia atque ab ipsa eius diuinitate  
sumit exordium. Que pars sine du-  
bio ipsi velut eximio per spiritum sanctum re-  
seruata est. Hec etiam de euangelio iohā-  
nis dicta sunt. De marci vero euangelio  
sufficiens supra comprehensus est. Lucas  
vero in initio euāgelii sui causas cur scriberet  
indicauit. Videlicet quoniam multi alii teme-  
re presumpserant enarrare/que sibi magis erant  
ad liquidum coperta. Volens ergo abstrahere  
nos a ceterorum narratibus/fide faciat per se  
conscripse veritati: certus quod ea vel paulo ex-  
ponente/vel aliis apostolis que ab initio ipsi  
viderant ac sibi tradiderant consecutus sit:  
et hanc nobis per proprium euangelium tradat.  
Hec a nobis etiam de luca breuiter dicta sunt

## Tercius

Oportunius vero et plenius in tempore/iser-  
tis uis que antiqui auctores scripta reli-  
quunt/ut se cuncta habeant indicabimus. Jo-  
annis tamen extant preterea et epistole: de  
quarum prima/neque ab antiquis unquam/neque  
a posteris dubitatus est. De reliquis vero  
duabus/et de reuelatione/etiam nunc anceps  
sententia habetur. De quibus ut dixi et a  
veteribus dubitatus suis in locis ipsorum  
uocibus approbabitur. **U**t ergo (quan-  
doquidem in hos deuenimus locos) om-  
nem noui testamenti canonem designe-  
mus. Primo nobis omnium euangeliorum  
celestis quadriga iungatur. His actus apo-  
stolorum copulet. Post hos pauli epistole so-  
cietur. Consequantur vero has/pama iohan-  
nis epistola. Similiter et petri prima. Hec sunt  
de quibus nulla unquam prosum extitit dubi-  
tatio. Sequenti loco iam sunt illa de quibus a  
nonnullis dubitatum est. Reuelatio iohan-  
nis/de qua quid singuli veterum senserint/  
suis in locis ostendemus. Et epistola iacobi scilicet  
et iude. Petri quoque secunda inter iohannis scilicet  
et tertia siue he ipsius euāgeliste siue etiam alte-  
rius cognominis ostendantur. Post hec iam  
scriptura est que dicitur actus pauli. Sed  
et libellus qui appellatur pastoris et reuela-  
tio petri/de quibus quod maxime dubita-  
tur: fertur etiam barnabe epistola. et do-  
ctrina que dicitur apostolorum. Qui-  
dam autem his sociant etiam euangelium quod  
dicitur secundum hebreos. Quo precipue uti-  
tur illi hebrei qui christum suscipere uidentur  
sed in ecclesia ei contradicunt. Que omnia  
tamē a nobis necessario enumerata sunt  
ut absque ulla ambiguitate claresceret que sint  
in veteri auctoritate: et que sint in quibus vel  
contradictio a liqua vel etiam cunctatio/cum  
tamē a quā plurimis ecclesiis recipiantur  
soleat amitti. Sed et de illis sciendum est/que  
sub nomine apostolorum ab hereticis perferuntur/  
velut petri et thome et mathie/et ceterorum  
similiter apostolorum que appellantur euan-  
gelia. Sed et andree et iohānis atque aliorum  
apostolorum actus/que nusquam prosum in scripturis  
veterum/eorum dubitatur que apostolis successerunt/  
aliqua mentio eorum aut commemoratio habetur.

In quibus et ipse stultus/multum ab ecclesia/  
istica consuetudine dependit esse diuersus  
Sensus quoque ipse et omnia que in his inseruntur  
longe ab apostolica dissonant fide. Ex quo  
figmenta esse prauitatis heretice comprobantur.  
Unde non inter illa quidem de quibus du-  
bitari diximus collocanda sunt/sed ut ali-  
ena penitus/et a pietatis regula discrepantia  
propellenda. Verum ad historie ordinem  
redeamus.

Cap. xx. de menandro mago.

Sicut simoni mago menander suc-  
cedit. scutum diaboli non inferius prio-  
Et ipse samarites genere. In arte autem ma-  
gica solus repertus est: qui non modo equum  
parare/sed et suppedire impietatem magistri  
posset. Quosdam quippe portentis efferebat/  
semetipsum saluatorem dicens/ad hominum salutem de  
celestibus et inuisibilibus seculis destitutus  
asserens non aliter posse unquamque/ange-  
los seculi vincere: nisi prius a semet magi-  
ce artis per ordinem suscipere disciplinam: et per ba-  
ptismum a se datum immortalis et eternus effectus  
in hac vita perpetuus fieret: que omnia ex libris  
Pyreni volentibus scire per facile est. Sed  
et Iustinus in his ipsis in quibus simonis  
fecerat mentionem/etiam de hoc talia quedam  
scribit. Menandrum quedam samaritanum ex  
pico capparathbea simonis discipulum/sti-  
mulis demoniacis icitatum venisse antiochi-  
am/et quod plurimos per artem magicam dece-  
pisse scimus: qui hoc etiam suadere potuit se-  
ctatoribus suis/que non essent morituri. Ex quibus  
in hodiernum sunt aliqui ex illo eadem  
confitentes quod est vere diaboli commentum  
ut homines magi/christianorum sibi nomen im-  
ponerent/quo per hoc sanctum et venerabile reli-  
gionis nostre misterium macularent: qui ta-  
men irrident et spunt ecclesiastica dogma-  
ta: vel de immortalitate anime/vel de resurre-  
ctione mortuorum. Verum hi talibus freti au-  
ctoribus de spe salutis et vite penitus exciderunt.

Cap. xxi. de secta ebioniorum.

Edz alios idem demon quos ab amo-  
re christi separare non poterat/aliam ni-  
hilominus arte decepit: id est ebionios que  
interpretantur pauperes. Vere ei pauperes

sunt et egeni in scientia glorie christi. Quia  
niam quidem solum eum hominem putant: et per-  
fectum vite ac virtutis virum iustum effectum.  
muni etiam natiuitate ex viro et femina  
atum. Custodiendam vero censentes etiam  
gis obseruantiam: nec sufficere ad salutem  
lam christi estimant fide. Quidam tamen  
ipsis refugiunt hanc impietatem/ut ex viro et  
mina asserant eum natum: sed confitentur de  
ritu sancto et maria virgine. Nec tamen  
per eum fuisse deum et verbum ac sapientiam  
fatentur. Corporalem vero legis obseruantiam  
custodiunt. Apostoli autem epistolas omnes  
riter respuunt. et ipsum apostatam legis ap-  
pellant. Utuntur et euangelio vno quodam  
quod secundum hebreos appellatur. Cetera omnia  
nichil ducunt. Sabbata cum iudeis secundum le-  
gem/nobiscum dominicam diem sacratam/per  
resurrectionem domini obseruant. Unde compe-  
ter ebionite per paupertatem intelligentie  
pellati sunt.

Cap. xxii. de cherintho heretico.

Idem temporibus etiam alterius he-  
reseos obortum principem cherinthum ac-  
cepimus. De quo gailus/cuius iam in sup-  
ioribus fecimus mentionem: in disputatio-  
num suarum dialogo ita scribit. Sed et cheri-  
thus inquit per reuelationes quasdam quas  
velut a magno apostolo prescriptas/et per an-  
gelos ei reuelatas putaret/aliam quodam  
fanta nobis introducit. Post resurrectionem  
terrenum dicit futurum esse regnum christi in ierusalem.  
Et homines in carne itaque concupiscentis  
et vicis subiectam conuersationem habituros.  
Contra fidem quoque scripturarum/quosdam  
mille annos designat: in quibus multa que  
dem et alia corruptionis opera et nuptiarum fe-  
stiuitates dicit futuras: ad eos que libidini  
sunt dediti decipiendos. Sed et dicitur nisius  
cum de iobis reuelatione differeret/et quedam  
secundum ea que antiquitus ecclesie tradita fue-  
rant disputaret: mentionem facit huius ipsius  
virum in his verbis. Cherithus inquit/a  
quo et cherinthiana heresis oborta est. fig-  
menti sui auctoritatem magni nominis ac qui-  
rere/secundum scripture huius prauam in-  
telligentiam gestiebat. Quippe cuius hec

## Liber

erat heresis/ut affirmaret terrenum futu-  
rum esse christi regnū. Et quia erat ventri  
et gula ac libidini deditus ea futura decer-  
nebat/que sibi ppria libido dictabat. ven-  
tris et eorū que sub ventre sunt incitamen-  
ta/cibis/potibus/nuptiis/pdicabat explē-  
da. Et ut aliquid sacratius dicere videret/  
legales agebat/festiuitates rurū celebrā-  
das/et hostias carnales iterū iugulādas.  
Pyreneus vero secretiora ipsius heretici  
in primo operis sui libro publicauit. Que  
inde discat. si qui plenius scire vult.

**Ca. xiiii. de nicholao et heresi nicholai-  
tarum.**

Ed et alia heresis que appellatur  
Nicholaitar/ per pauco tēpore te-  
nuit. Cuius etiā in reuelatione Jobānis  
mētio facta est. Isti nicholauū vnū ex illis  
qui nū Stephano ab apostolis pstituti sūt  
diaconi/auctore se habere iactabant. Sed  
clemens alexandrinus in tercio libro stro-  
matū/ hoc de eo scribit. Pulchrā inquit val-  
de hic prozē habuit: et post ascensionē do-  
mini et saluatoris nostri euz increparetur  
ab apostolis tanq̄ de zelotipie iniuria/ p-  
ductam in mediū prozē suam si quis eam  
vellet habere permisit. Ex qua occasione  
isti consequēs putauere: ut secundū hoc fa-  
ctū vel dictū Nicholai/ vnusquisqz carne  
sua in quo delectaret abuteretur. Et obti-  
nentes dictū vel factū simpliciter vel inno-  
center/ absqz vlla reuerētia pmissuos nūc  
et illicitos concubitus expetūt: ii qui sub il-  
lius nomie sectam sibi pprie libidinis as-  
sumperunt. Nichi autē compertū est ni-  
cholauū nullā potius agnouisse mulierem  
preter eam quā in matrimonio acceperat  
Cuius etiā liberi/ femine quidē vsqz ad vl-  
timā senectutē casta virginitate durauerūt  
filius autē ipsius sanctitatē incorrupti cor-  
poris custodiuit. Que cum ita se habeant  
constat illud quod in medio apostolorum  
pro zelotipie suspitione pduxit prozem/ ex  
contētū vitii vel libidinis gestum: quo per  
hec continentē se ostenderet eius rei/ quaz  
nimie putabatur expetere: contēnendam  
magis q̄ expetendam carnis edocens po-

## Tercius

luptatem. Quoniā quidē nolebat ut opi-  
nor secunduz saluatoris pceptū duobus  
dnis seruire/ libidini et deo. Dicunt autēz  
etiā Matthiā ita docuisse aduersū carnē  
pugnādū/ z in nullo potius voluptati ei⁹  
ac libidini concedēdū. Animā vero alendā  
sapientie partibus/ et scientie cibis in ma-  
ius semper augendā. Nec de illis heresib⁹  
que tēporibus memoratis a veritate decli-  
nātes cito extincte sunt retulisse sufficiat.  
**Ca. xiiii. q̄ apostoli nō sunt aspēnati  
nuptias.**

Remēs sane hic cuius vocēs ānota-  
uimus/ scribens aduersus eos qui  
nuptias spernūt/ inter cetera etiam hec di-  
cit. An z apostolos improbat? Petrus et ei⁹  
ac Philippus et prozes habuerūt: z filias  
etiā viris nuptū dederunt. Sed et paulum  
non tedet apostolū in quadā epistola sua  
mentionē vel salutationēz facere cōparis  
sue: quā se ideo negat circūducere/ ut ad p-  
dicationē euangelii expeditio fiat. Verū  
quoniā clementis fecimus mentionē: ab-  
surdū non erit aliam quoqz eius memo-  
rabilē narrationē pferre: quā in septimo  
eiusdē operis libro ita inseruit. Alunt inq̄t  
beatū petrū cum vidisset prozem suā duci  
ad passionē/ gauissum esse electionis gra-  
tia ac reuersionis ad ppriā domū: et excla-  
masse post eam euz duceretur/ ac pprio no-  
mine compellantē dixisse. **Q̄ coniunx me  
mēto dñi. Talia erant sanctorū cōiugia: tā  
perfecta fuit affectio beatorū.**

**Cap. xv. de iohis z philippi obitu.**

Situr quia de vite exitu Petri vel  
Pauli iā in superiorib⁹ explanau-  
mus: sed z tēpus Jobānis quo vita exce-  
sit ex parte iam diximus: nunc etiā de loco  
quietis, secundū fidē, Policratis Ephesii  
Episcopi/ edocere conueniens puto.  
Nec etenim Policrates Victor Episco-  
po vrbis Rome scribens/ et ipsius/ z Phi-  
lippi apostoli ac filiarum eius pariter me-  
minit dicens. Sicut iam superius inse-  
ruimus/ quod magna lūa in Asia partib⁹  
dormierunt/ que resuscitabit dominus in  
nouissimo die aduentus sui/ cum venerit

in gloria/et requireret oēs sanctos suos **D**ico autē de Philippo (inquit) qui fuit vn⁹ ex apostolis qui dormiuit apud Jerapoli Sed et due eius filie inibi virgines conseruere: et alia ei⁹ filia spiritu sancto repleta permansit apud Ephesum. Et iohannes ille qui supra pectus dñi recumbebat/ qui fuit sacerdos dei/ pontificale petalum gestans/ marty⁹ et doctor optimus apud Ephesū dormiuit. **H**ec etiā de locis in quibus requiescūt in sūno pacis/ adiecisse sufficiat. Sed et gaius (cuius ante mētio facta est) in dialogo suo/ quē cum pculo disputās scribit/ de filiabus Philippi simul z obitu ipsius/ cōsonis vocib⁹ mēorat dicēs **P**ost hoc autē pphetisse quattuor fuerūt philippi filie: cui⁹ sepulchrū est apud Jeropoli asie vrbē/ vna cū filiabus suis. De his autē et Lucas in actibus apostolorū meminit/ cū adhuc apud cesareā degerēt: dicit ergo ita **V**enimus inquit cesareā: et ingressi in domum Philippi euāgeliste qui erat ex septem/ māsimus apud eū. **H**uic autē erant virgines filie quattuor pphetātes. **H**is igitur a nobis de apostolorū tēporibus vel excessibus put potuimus ex scripturis veterum cōgregatis/ Sed et de scripturarū canonicarū q̄ in auctoritate habeantur libris vel qui penitus repudiētur. Qui vero mediū quodāmodō ad instructionē ab ecclesiis nō etiā ad indubitātā auctoritatem recepti sunt/ cōsequēter expositis. tēdam⁹ ad cetera.

**C**a. xxvi. quomō Symeō hierosolimoz epūs mortē pro christo cōstātissime ptulit

**E**st Heronē Domitianūqz/ sub hoc cuius nūc tēpora memoram⁹/ per singulas ciuitates ex insolētia populi persecutionē in nostros accepimus motā. **Q**uo in tēpore etiam Symeon Cleophe filius (quem secūdam hierosolimis ordinatum Episcopū supra edocuim⁹) p martirium carnis vinculis resolutus est. **H**orum astipulator/ ipse ille est Egesippus/ quē i plurib⁹ iam pduxim⁹ testes. **I**s ergo refert/ q̄ a quibusdā hereticis accusatus sit supradictus vīr tanq̄ christian⁹ et multis suppliciis afflict⁹ per multos dies: ita

vt etiam inder ipse cū amicis suis de eius patientia miraretur. **E**t ad vltimū iubere: simili eū qua dñs pertulit passione vitam finire. Sed et ipsa verba quibus hec protestatur addere gratius puto. **H**ic ergo cū de hereticis diceret. **E**x his igitur ipsis accusauerūt quidā symeonē cleophe filiū: tanq̄ qui esset ex genere Dauid et xpianus. **E**t ita marty⁹ effectus est: cū esset annorum centū viginti sub Traiano Cesare/ apud atticū consularē. **A**ddit autē et etiā hoc/ q̄ accusatores eius/ cū in illis tēporibus perorerent si qui i ex genere Dauid et ex regia tribu descēderent/ cōprehensi sunt inter ipsos. **Q**uod autē Symeon vnus fuerit ex ipsis auditoribus dñi: vel longeuitas eius inditio est/ vel euāgelioꝝ fides: vbi etiā mater eius Maria Cleophe vxor refert. Sed et alios quosdā idem scriptor refert (preter eos de quib⁹ dixim⁹) nepotes Jude vnus ex fratribus dñi/ per idem tēpus superstites inuentos/ et Domitiani tēporibus martyres factos: hoc modo scribens. **V**eniunt igitur hii/ z presunt omni ecclesie tā q̄ martyres z pp̄qui dñi. **E**t reddita pace ecclesie pmanerūt vsqz ad tēpora Traiani Cesaris: vsquequo cōsobrinus dñi Symeō (de quo supra dixim⁹) filius cleophe calūniā pateret ab hereticis/ tanq̄ christianus cōsulari delatus. **C**ūqz multo tēpore supplicis fuisset affectus: martyrio consumatus est: oibus qui aderant/ et ipso iudicē mirantibus: vt centū viginti annos senex/ crucis supplicium ptulisset. **P**ost hec idē scriptor addit etiā hoc: q̄ vsqz ad illa tēpora virgo mūda z imaculata pmanit ecclesia: **C**orruptoib⁹ veritatis/ z diuini verbi temeratoꝝ/ aut nunq̄ oīno extantibus/ aut etiā si qui forte fuerāt i occultis z abditis hiatis terre delitescētibus. **E**t vero et ap̄ozū chorus/ et oīs illa etas que a dño susceperat viue vocis auditū/ de hac luce discessit: tū velut in vacuā domū/ false doctrine ipius se error imersit: et tanq̄ vbi null⁹ iā diuini cēs⁹ defēsor existeret: nuda to vt aiūt capite/ corripientes arma mēdati/ oppugnare apostolicā veritatē nituntur.

Sed istud bellū intrinsecus gerebat: Persecutionū vero extrinsecus pondus urgebat ecclesiā: et tam immense caterue martyrum quotidie iugulabant: ut Plinius secūd⁹ q̄ tūc puincia administrabat/multitudine interceptoꝝ p̄motus/referret ad imperatoꝝ q̄ innumera hoīm milia quotidie obtrūcarētur/in quibus nichil oīno sceleris deprehēderet admissū: aut aliquid cōtrariū romanis legib⁹ gestū: nisi hoc solū/ q̄ antelucanos hymnos christo cū dā canerent deo. Adulteris vero p̄ cetera huiusmōi crimina apud eos illicita haberi/et penitus arceri. Cetera vero scōm leges eos agere p̄mūes.

**Cap. xxvii. q̄ Traianus christianos reuerit inquiri.**

De quē tūc Traianus rescripti sui auctoritate decernit: ut xpiani nō q̄ dē req̄rant. si qui tamē iciderint/puniant: per quod ex parte aliqua/p̄secutionis sedatus putabat incendiū. Sed iis qui neq̄tiaz suā aduersū nos exercere cupiebāt/ledēdi occasio nō videbat exēpta. Interdū enī popul⁹ istigabat: interdū etiā iudex occasiōib⁹ utebat: negabat q̄sitos/quos p̄ire uolūisset oblatos. hec titulian⁹ i apolegetico suo dicit. ex quo p̄nt istruī plen⁹ scire cupiētes.

**Ca. xxviii. de successione quorū dā epōꝝ.**

Situr in urbe roma tercius ab apostolis demēs/nouē annis sacerdotio p̄functus/Euaristo diuini uerbi tradidit misterium. In ierosolimis uero Symeone de quo sup̄ius dixim⁹ defuncto/iustus quidā ex his qui de circūcisiōe ad fidē xp̄i uenerāt/episcopatū suscepit. Quibus tēporib⁹ apud Asiā supeat adhuc z florebat ex apostoloꝝ discipulis polycarpus symoneoꝝ ecclesie episcopus: et papias sicut apud Jerapolim sacerdotiū gerēs.

**Ca. xxix. de ignatio z epistolis ei⁹.**

Ed z i nra quoqz tpa fame celebrata te vulgat⁹ ignati⁹/apud antiochia post petri secūda successiōe episcopatū sortitus ē. Quē sermo tradidit de syrie partib⁹ ad urbē romā transmissū/z pro martyrio xp̄i ad bestias datū. Quiqz cū per asiā sub custodia nauigaret/singulas quasqz digrediens ciuitates/ecclesie populos euāgelicis

cohortatiōibus edocebat in fide p̄sistere/z obseruare se ab hereticoꝝ cōtagiis: q̄ tunc primū copiosius cepant pullulare: et ut diligētius ac tenatius apostoloꝝ traditionibus ihererēt. Quas traditiōes cautele grā et nequid apud posteros remaneret icerti etiā scriptis se asseruit epistolis reliq̄sse. Deniqz cū smirnā uenisset ubi erat Polycarp⁹/scribit inde vnā epistolā ad Ephestios eorūqz pastore in qua meminit et Onesimi. Aliā magnesiē ciuitati q̄ supra meandru iacet. In qua z ep̄i Darni mentionez facit. Sz z ecclie q̄ est trallis scribit/cuius principē tūc esse polimiū designauit. In ea uero quā ad romanā ecclesiā scribit de p̄catur eos ne se tanq̄ supplicis suis parcētes relit priuare martyrio: Et his post aliquā ta p̄tē uerbis a syria inq̄t romā vsqz/cū bestis terra mariqz depugno: die ac nocte, cōnexus z colligatus decē leopardis: de militibus dico ad custodiaz datus: q̄ ex bñficiis nostris seuiorez fiūt. Sz ego eorū neq̄tiaz magis erudior: nec tñ in hoc iustificat⁹ sū.

Salutares bestias q̄ p̄parant michi: quādo uenient: q̄n emittent: quando eis frui licebit carnib⁹ meis: quas z ego opto acriores parari: z iuitabo ad deuorationē meī et de p̄cabo: ne forte ut in nōnullis fecerūt timeāt cōtingere corpus meū. Quinimo/et si cūctabunt: ego vim faciā. Ego me i gerā. Date q̄so ueniā/ego noui qd̄ expediat michi. Nūc incipio esse discipul⁹ xp̄i. Facet sat iuidia uel hūani affectus uel neq̄cie spiritalis/ut iesū xp̄z merear adipisci. Ignes uel cruces/bestie/disp̄siones ossiū/discerptionesqz mēbroꝝ/ac toti⁹ corporis pene/et oīa in me vnū supplicia diaboli arte q̄sita cōflent dū mō iesū xp̄z merear adipisci. hec et multa alia his scriba ad diuersas ecclesias scribit. Sz z ad polycarpū uelut apostolici cū uirū datus litteris/antiochenā ei ecclesiaz p̄cipue p̄mēdat. ad symoneos: (ae scribēs/ptē h̄bis q̄bul dā (unde assūptis nescimus) q̄b⁹ hec de saluatore ploq̄tur: Ego aut post resurrectiōez quoqz i carne eū scio fuisse z credo. Nā t cum uenisset ad Petrum ceterosqz ait eis. Accedite et uide/te/quia non sum demonium incorporeuz.

Qui z cōtingentes eū crediderūt et. Scit autē z hyreneus eius martiriū: z mētionē facit scriptozum eius per hec verba. Sicut dixit inqt quidā ex nostris p martirio chri fti damnatus ad bestias/ Frumentuz inqt ego suz dei/ bestiaz dentibus molorz subi gor/ vt panis mūdus effitiar chriſto: Sed et polycarpus horū memoriā facit i episto/ la quez ad philippenses scribit p hec: De/ precor inquit oēs vos/ obedientie operam dare/ z meditari patientiaz quā vidistis i ignatio/ z rufo/ z zosimo beatis vtris Pre cipue aut in paulo z ceteris apostolis/ qui fuerūt apud vos: scientes q̄ his oēs nō in nacuum/ sed p fidem z iusticiaz cucurrere vsqz quo peruenirēt ad locū sibi a domino preparatum. Quoniaz quidē passionum eius participes extiterunt/ nec dilexere pre sens seculū/ sed eū solū qui pro ipsis z p no bis mortuus est/ z resurrexit. Et post pau ca subiūgit. Scripsistis michi z vosz igna tius/ vt si quis vadit ad ptes syrie deferat litteras ad vos. Quod faciā eū tēpus iue nero. Mittaz vobis z ignatii epistolas/ et alias/ si que sūt q̄ ad nos transmissē sūt/ ex quibus vtilitatem maximam capiatis: con tinent enim de fide z patientia instructio/ nez pfectā/ secundum domini preceptum. Hactenus de ignatio.

Capitulū. xxx. de quibusdaz euāgelistis qui post apostolos claruerūt.

Est hūc rexit ecclesiā ciuitatis An/ thiochene heros. Inter eosdem sane floruit vir eque insignis/ Quadrat⁹. Qui vna cū philippi filiabus i pphetica grā ce leberrimus fuisse phibetur: Sed z alii plu rimi p idē tēpus apostolorū discipuli super stites erāt: qui ecclie fūdamētis q̄ ab illis locata fuerāt/ dignissima desup fidei edi/ ficia cōstruebant: augentes i oibus predi/ cationē verbi dñi: z salutaria semina regni celoz poēm terrā latius disseminantes. De/ miqz nōnulli ex his ardentiore diuine phi/ losophie cupiditate succēst: aīas suas ver bo dei cōsecrabāt: explentes pfectionis sa lutare preceptū/ vt facultates suas primo indigentibus diuidentes/ expediti ad pre/

dicandū euangeliū fierēt. Et si q̄bus forte prouintiis nomē fidei esset incognitū/ pe dicarent. primaqz apud eos fundamenta euangeliū collocantes/ atqz electis q̄busqz ex ipsis officium regende ecclie quaz fūda uerāt cōmittentes/ Ipsi rursū ad alias ge tes aliasqz prouintias pperabant: z euan gelistaz fūgebant officio. Quosqz simili ter vt i exordio apostolos/ diuinorū signorū comitabant effectus/ z sancti spūs gratia: ita vt videres vna allocutione integros si mul populos ad cultū diuine religionis ad duci: z predicantū verbis non esse tardior rem audientū fidē. Verū qm̄ impossibile est nobis singulos enumerare/ q̄ post apo stolorū primas successiones/ in ecclesiis q̄ p orbē terre sūt vel principes vl euangeliste fuerint vel pastores: illos tantūmodo cō memorasse sufficiat/ quoz libris inserta ad nos vsqz fidei z predicatiōis monumē ta venere. Et clemētis z ignatii/ ceterorūqz quoz superius fecimus mētionē.

Capitulū. xxxi. de epistola clemētis ad corinthios et libris papie.

Clemens tamē in epistola quaz ad corinthios scripsit/ meminit episto le pauli ad hebreos/ et vtitur eius testimo niis. Unde constat q̄ apostolus/ tanq̄ he/ breis mittendam patrio eam sermone cō scripserit: z vt quidaz tradūt. Lucā euange listā/ alii aut hūc ipsū clemētē interpretatū esse: qd̄ z magis verū est quia z stilus ipse epistole clemētis/ cū hac cōcordat: et sc̄sus nimirū vtriusqz scripture plurimā simili tudinem ferunt. Dicitur tamen esse alia clemētis epistola/ cuius nos noticia non accepimus. Sed et alia eius opuscula non minima a nōnullis haberi phibentur/ vt lut petri et appionis disputatio: q̄ in vsu a veteribus habita minime reperim⁹: quia nec pura in eis et incorrupta apostolice fi/ dei regula mansisse deprehēditur. Papie quoqz feruntur quinqz libri/ qui attitulan tur verborum dominicorū explanatio. hoz facit et Hyreneus mentionem per hec ver ba. Hec aut et papias iohānis auditor/ polycarpi vero cōdiscipulus et sodalis/ vit/



vnus ex antiquis / ptestatur in primo libro  
 suo. Quinq; enī volumia cōscripsit. Nec  
 quidē Pyreneus de Papiā. Ipse vero de  
 se ita indicat / tanq̄ qui non ab apostolis /  
 sed ab eorū discipulis suscepit fidē: p̄ hec  
 verba. Non pigebit autē nos / tibi oīa que  
 quondā a presbiteris didicimus z bene re-  
 tinemus recordantes exponere cū interp̄-  
 tationibus suis: et vt se eorū veritas habe-  
 at explicare. Neq; enī multa dicentibus  
 sed vera tradentibus auscultauim⁹: neq;  
 iis qui hominū precepta / sed qui dñi man-  
 data memorabāt ab ip̄a veritate suscepta.  
 Qd̄ si quādo aduenisset aliquis ex iis qui  
 secuti sunt apostolos / ab ip̄o sedulo erpi-  
 scabar quid Andreas quid Petrus dixerit  
 quid autē Philippus vel Thomas / qd̄ ve-  
 ro Jacobus / quid Jobēs / aut qd̄ Mathe⁹  
 vel alius quis ex discipulis dñi: que ve Ari-  
 stion vel Jobēs presbiter / ceteriq; discipuli  
 dicebāt. Nec enī tantū michi librorū lectio-  
 nes p̄desse credebā / quātū viue vocis pre-  
 sentisq; magisteriū. Sed mibi dignū vide-  
 tur intēdere / q̄ scdo nomē Jobis enume-  
 rat: et eū quidē cui⁹ primo meminit Petro  
 et Jacobo ac Matheo ceterisq; apostolis  
 sociat: quē sine dubio ipsū euangelistā esse  
 et apostolū constat. Aliū vero Jobēm di-  
 stinctione quadā facta / extra apostolorū  
 numerū collocat: preferēs ei Aristionē qn-  
 das / et euidenter eū presbiterū noiāt: vt per  
 hec cōprobetur verū esse illud quod quidā  
 Asiāni scribūt: q̄ duo sint apud Ephesū se-  
 pulchra: et vtrūq; Jobis appelletur. Qui-  
 bus si diligētius intēdamus / fortassis se-  
 cundus hic erit Jobēs / si ille nō creditur pri-  
 mus / sub cuius nomie reuelatio habetur /  
 que appellatur Jobānis. Sed z hic ipse de  
 quo nobis sermo est Papias / apostolorū  
 se verba ab iis qui secuti eos fuerāt / Aristi-  
 one videlicet et Jobāne presbitero asserit su-  
 scipisse. Unde et frequēter noiāt in cō-  
 mentariis suis / a Jobāne et Aristione tra-  
 ditū sibi de singulis quibusq; cōmemorat.  
 Meminit sane idē ipse etiam de quibus-  
 dam mirabilibus in opere suo / que p̄tereū-  
 da minime censeo. Per philippi enī euan-

geliste filias pphetissas hec sibi tradita e-  
 se designat. Fortuū resurrexisse tēporib⁹  
 suis dicit. Sed z de Justo qui cognomina-  
 tus est Barfabas / refert miraculū ingēs-  
 q; venenū biberit / et nichil ex hoc triste p-  
 tulerit ppter dñi fidez. Justus autē ip̄e est  
 hic / qui post saluatoris ascensuz a sanctis  
 apostolis cū Matheo ad apostolatus sor-  
 tem statutus est / sicut in actibus apostolo-  
 rum cōmemoratur. Dicit autē et alia plu-  
 rima a maioribus sibi tradita miracula / z  
 nouas quasdā parabolas saluatoris / z do-  
 ctrinā incognitā magisq; fabulosā. Nil  
 le ānos futuros post resurrectionē / quib⁹  
 corporaliter regnū xp̄i in hac terra futurū  
 sit. Sed ego puto eū spirituales z misticas  
 apostolorū traditiones corporaliter et se-  
 cundum litteras suscepisse: nec potuisse di-  
 scernere ea que illi in figuris velut lactan-  
 tibus et paruulis loquebantur. Qui et re-  
 uera etiā ex ipsis que conscripsit opusculis  
 erigui sensus vir / et minus capacis ostēdi-  
 tur. Multis tamē post se ecclesiasticis vi-  
 ris / erroris huius prebuit causas: auctori-  
 tatē dogmati tantū ex petustate tribuens  
 non etiam ex ratione dictorū: sicut Pyre-  
 neo / et si quis alius eum in hac parte vis⁹  
 est seq̄. Alia quoq; quā plurima supra me-  
 morati Aristionis refert: tanq̄ ex verbis ei  
 domini tradita: z Johannis presbiteri: que  
 si quis vult plenius noscere / ipsos ei⁹ rele-  
 gat libellos. Nos tamē illud assumem⁹ ex  
 his / quod de Marco euāgelista bis protu-  
 lit verbis. Etiam hoc inquit presbiter nar-  
 rabat / q̄ Marcus interpres fuerit Petri: et  
 quecunq; meminerit ab eo dicta conscri-  
 pserit. Non tamen per ordinem ea que a  
 domino dictasūt vel facta digesserit: quia  
 non ip̄e auditor domini fuerit vel sectator  
 sed nouissime vt dixit Petro adesit adpsū  
 ac ministeriū predicandī / non ad conscri-  
 bēdos domini sermones. Itaq; nichil pec-  
 cavit Marcus in eo q̄ ita quedam scripse-  
 rit / quasi qui passim audita recordari vide-  
 atur. Et hoc soluz satis egit / ne quid ex au-  
 ditis obmitteret / aut aliquid falsum scri-  
 beret. Nec de Marco scribit Papias. Sed

## Liber

z de Matheo ita refert. Matheus quidē scripsit hebreo sermōe. Interpretat̄ aut̄ ea que scripsit ynus q̄sqz sicut potuit. Nec etiā de Matheo. Utitur sane idē Papias testimoniis ex epistola Johis prima. et petri similiter prima. Simul z hystoriā quā daz subiūgit/de muliere adultera: que accusata est a iudeis apud dñm. Habet̄ autē in euāgelio/quod dicit̄ secūdū hebreos/ scripta ista pabola. sz de his ista sufficiāt.

¶ Explicat̄ liber tercius.

¶ Incipit̄ liber quartus.

¶ Ca. i. de quorūdā episcopoz successionē simul z iudeoz p̄tra gētiles seditione.

¶ Decimo anno p̄cipat̄ traiani Cesaris/cerdo quē Paulo ante memorauim⁹ Alexandrinorū gubernare plebē/diē obiit. Post quez

quartus ab apostolis Primus noīe/sacerdotii inibi iura suscepit. Eadem tēpestate Alexander quoqz Rome cū octauū annū Euarist⁹ sacerdotalis administratiōis impleset: quinta successione post petrū atqz Paulū/plebis gubernacula sortit⁹ est. Et quidē saluatoris nostri institutio ecclesiarūqz p̄fectus crescebat indies. Iudeoz porro funera densissimis cladib⁹ exagitabātur. ¶ Itaqz postq̄ p̄dictus Imperator annū octauūdecimū p̄ncipatus ingressus ē rursus iudeoz tumult⁹ exarsit. Quo magnus mor numerus gētis eius occubuit. Nam et alexandrie/et per egiptū/vel cirenē/ tanq̄ atroci quodā seditiosoqz spiritali exagitati/ primo simul cōmanentib⁹ uiciniqz gētib⁹ inferre certamina. Tū deinde paulatī seditione crescēte sequenti iam anno/ bellū publicū z nō minimū intulere Romano duci. tunc lupo ciuidā in partib⁹ egipti: ac sane primo prelio iudeos secuta victoria est. Sed gentiles que ex acie fugerant irrūpentes Alexandriā/ Iudeos si quos forte inibi reperit̄ captos iteremere. Quorum auxilio destituti reliqui qui apud Cyrenē rebelles extiterant/ velut desperātes ad agros Egypti et castella pastada peruntur/ duce luca. Aduersus hos imperator mittit̄ cū exercitu peditū atqz equitū/ sed z

## Quartus

nauali manu/martiū turbonē. Qui multis sane preliis neoparuo tēpore cōsuptis multa milia iudeoz nō modo apud cyrenē/ sed et i egypto qui luce auxiliū ferebāt prostrauit ac perarit.

¶ Ca. ii. qualia sub traiano passi sūt iudei. Princeps vero Romanus etiā eos qui apud mesopotamiā p̄sistebāt Iudeos rarus similia ausuros: Latio quieto p̄cipit delere p̄uinciam funditus/ ac totā gentē penit⁹ excidere. Tū ille directa adē magnā eoz multitudinē sternit. Cuius facinoris gratia/ quietus remuneratiōis vicem ab Imperatore/ p̄uincie iudee adeptus est p̄sidatū. Sed hec etiā grecoz gētiliū hystoriographi/ p̄ singlās q̄sqz etates eodem ordine memorie tradiderūt.

¶ Cap. iii. qui sub adriano fidei defensiones scripserint.

¶ Traiano aut̄ viginti annis/ minimis sex mētib⁹/ p̄ncipatu perfūcto/ Helio hadrianus i septemtra succedit. Hui⁹ quadrato oratiōe splēdidissima/ apologeticū librum p̄ nostra religione cōscriptū/ et validissimis cōmunitū assertionib⁹ obtulit. Quoniāq̄ dē maligni quidā hoīes sub eodē p̄ncipe nostros nitebant̄ incessere. Qui liber hodieqz seruat̄/ z apud nos z apud multos ex fratrib⁹ nostris. Ex quo volumine inditia magni cuiusdā viri/ z mentis ac fidei apostolice/ ei⁹ scz q̄ cōscripserat colligunt̄. Idē igit̄ ipse/ sue antiq̄tatis specimē/ talibus exprimit verbis. Nostri aut̄ saluatoris inq̄t opa/ semp aderāt uia z vera in iis q̄ sanati fuerāt/ z in iis q̄ a mortuis excitati sūt. Nō ei uisi sūt tātūmodo uel resurgere/ uel sanari: sed p̄petuo ab hoibus uidebant̄/ nō tantū saluatore p̄sente/ sed et post discessū eius multis tēporib⁹: ita ut alii uati q̄ ab eo uel curati/ uel resuscitati sūt/ etiā ad nra usqz tēpora p̄durarit. Et de hoc quidē satis dictū. Sz aristides uir fidelis z pietate nre religiois i but⁹/ quadrato sile volumē ad Adrianum pro fidei nostre ratiōe cōscripsit: cuius etiā nūc scripta seruātur.

¶ Ca. iiii. de epoz alexandrinorū et hierosolimozum successionē.

¶ Tertio aut̄ eiusdē p̄ncipatus anno

Alexander episcopus romane urbis sacerdotium simul ac vitam finiuit/decennio expleto. Huic subrogat sirtus: Sed et alexandrie eodem tempore defuncto Primo/duodecimo sui sacerdotii anno/episcopatum Justus excepit. In hierosolymis sane episcoporum tempora successionesque nullis ad integrum monumentis seruata reperimus: eo quod valde ad breue tempus mortis celeritate precepti/sacerdotio singuli quique functi perhibeant: ita ut quantum ex veterum lectioe conperio/ad tempora usque principis hadriani sub quo iudei excidium passi sunt/tradant quidem episcoporum successiones esse decursas. Quos omnes autem hebreos antiquae originis extitisset: et scientiam christi fideliter recepisse. Et ideo incunctant ab iis qui poterant de fidei merito iudicare/sacerdotio quoque viros esse dignissimos: quippe cum omnis tunc ecclesia ex hebreis fidelibus coacta nata firmataque videretur: incipientibus ab apostolis/et perdurantibus nimis usque ad illud tempus excidii/quo iudei iterum deficientes a romanis/magnis rursus preliis subiugati sunt. Igitur quae per idem tempus assumere episcopos ex circuncisione cessatum est: necessarium videtur, omnes a primo usque ad id temporis enumerare pariter sacerdotes. Primus itaque Jacobus/qui domini frater est habitus. Post hunc Symeon electus est. Tertius iustus. Zachaeus quartus. deinde Theobias quintus. Besalamini sextus/ac septimus iohannes. Tum mathias: quem philippus excepit. Cui decimus Seneca subrogatus est. Justus exinde: ac duodecimus leui. Post hunc effrenus: et quartus decimus ioseph. Ac finis omnium iudas. Isti sunt fere omnes/qui hierosolymis episcopi ab apostolis ad illa usque tempora que superius designauimus/plebi illi ex circuncisione profuerunt. **R**ome autem duodecimo anno memorati principatus/Sixto duodecim annis ecclesie gubernaculis functo/thelephorus septimus ab apostolis subrogatus. Anno post quem et vno mense/Alexandrine ecclesie moderamen eumeneus sexta successione suscepit: cum decessor eius undecim annis populo presuisset.

**C**ap. v. nouissimus iudeorum excidium sub Adriano.

Erunt iudaicis motibus ac factionibus

rursus ad maiora progressis: rufus iudee praesides/armata manu sibi ab imperatore decreta/isolentiam gentis acerrime perprimebat: multa milia passim viros feminasque proque conficiens: quorum terras iure belli/romano vendicabat imperio. Tempore quo ista gerebant/ducebat exercitum iudeorum Barchochadas quidam: quod nomen significat stellam: ceterum vir crudelis et scelestus. Sed ex vocabulo suo velut vilius macipis persuadebat/se ob salutem eorum sidus magnam celitus esse delapsum/egris mortalibus longa obscuritate damnatis ferre lucis auxiliium. Igitur cum maxime belli huius fometa concrescerent/octauodecimo anno principatus eiusdem apud bethara oppidum preualidum hierosolymis vicinum/cum longior a romanis tederet obsidio:fame ac siti perduellibus intrinsecus ad extremum internitionis adductis/postquam dux ipse praecipue meritis suo facinore penas luit: omnis hec natio iam ex illo ab omni regione finitima hierosolymorum penitus arcebat: cum sanctione diuinae legis/tum maxime constitutionibus et decretis hadriani ita ut ne de celsiori quidem prospectu/eminens saltim paternum solum philippis obtutibus liceret inspicere Aristopelleus hystoriorographus ista perscribit. Ita factum est/ut ciuitas post iterum iudaice gentis incolis mox iam peregrinae nationis confluentibus permutatis ciuibus etiam ipsa helia appellaretur: ex cognomine impatoris heli hadriani. Et ut i romanorum ius tota conuersari tum pariter mutaret ac nomen.

**C**ap. vi. de pseudo scriptoribus et apostolis quos huiusmodi temporibus demon excitauit.

Sicut et gentibus ut inibi cepit ecclesia congregari: primum per episcopos ex circuncisione: sacerdotium ciuitatis illius accepit marcus. Cuius iam refulgentibus in modum clarissimorum siderum ecclesiis ubique terrarum vigente etiam per omnem gentem hominum fide: qua cuncti pariter in saluatorem ac dominum nostrum iesum christum integre et constanter crediderant: ille totius bonitatis emulus demon: utpote veritatis inimicus: et salutis humane hostis perperius: omnia molimina contra dei ecclesiam versans: qui prius exterius eam persecutioibus et hostilibus oppugnauerat: nunc malignis quibusdam viris et deceptoribus reptis intestino bello eam quatere nititur.

Scilicet ut fraudulentis fallacesque homines/  
nostre religionis simulato tantum nomine indu-  
ti/fidelium quidem si quos forte persuasio-  
nis sue fraude deciperent/pelludarent. Igno-  
rantes vero fidei nostre mysterium/peruer-  
sis et feralibus suis gestis vel assertionibus  
impeditos/a desiderio vere fidei et salutis  
longius sumouerent. Igitur humani generis  
deceptor antiquus/post menandrum quem su-  
pra retulimus symonis successorem/velut qua-  
dam bestiam bino ore sibilantem/binisque lin-  
guis dyabolica venena vibrantem/Satur-  
nium quendam antiochie genitum/et basilidem  
alexandrie ortum/pduxit. Quorum uterque  
suis in regionibus/officinas impie ac deo iniu-  
cōdidit discipulæ. Et quidem in omnibus pene sa-  
turnium eadem que menandrum commentatus esse  
significat hyreneus: Basilidem vero preter-  
tu mystice doctrine/imensum tetendisse me-  
tis impie cogitatum:dum prodigiosa fabularum  
figmenta sibi metum complacebant.

Capitulum vii. de scriptoribus ecclesiasticis  
qui ea tempestate claruerunt.

Ed contra multi admodum ecclesia-  
stici viri pro veritate fortiter stare:

**A** ac scriptis quoque et assertionibus vera ra-  
tione subnixis/prop apostolicam et ecclesiasticam  
traditionem certare: ut ex librorum monumē-  
tis etiam posteris ad cauendam hereticorum ve-  
nena munimen et subsidium preberent. Et qui-  
bus peruenit ad nos liber celeberrimi scri-  
ptoris eius temporis aggræpe castoris: confu-  
tationem basilidis validissimam continens: pro-  
que veritas et calliditas viri ad decipiendum  
nimis apta detegit. Denique cum publicaret  
eius archana/dixit eum de euangelio quidem  
quattuor et viginti commentarios comdidisse.  
Prophetas vero sibi metum nuncupasse quos-  
dam/Barhabam/et Barhob/aliosque qui  
numquam extiterunt: Quos ipse tamen constitue-  
rit sibi: ac barbaris vocabulis ut esset appel-  
latio ipsa terribilis nominavit. Docere etiam  
eum refert/immolata absque ulla respectu  
conscientie degustada: et sine scrupulo atque  
indifferenter fidem negandam persecutionis tem-  
poribus. Sectatoresque suos ad morem pytha-  
goricam docuit qui quæntio silere. Addit alia

quoque non pauca quibus secte huius errorem  
penitus a se deprehensum et confutatum esse de-  
clarat. Sed et hyreneus scribit coeum tem-  
poris et moribus memoratorum fuisse carpo-  
cratem quendam: superstitionis alterius qui  
gnostici appellantur/vocabulo absentia conficto auctorem: qui sane prestigia symo-  
onis magi/non ut ille clam/sed publice ac  
palam tradebat. Et velut pro sumis atque op-  
timis studiis/laudem confestim ac publicam de  
nefariis artibus/a deceptis auditoribus re-  
quirebat: et magicas tenebras in luce publi-  
ca perorabat. De amatoribus duxerat/som-  
niumque immissis a demonibus phædris aliisque  
similibus fraudibus: de quibus consequen-  
ter doceri oportere omnem hominum decernebat  
qui ad perfectionem sui mysterii vel potius  
sceleris cuperet pervenire: asserens non aliter  
vnumquemque effugere posse mundi huius prin-  
cipes vel declinare. nisi per huiusmodi faci-  
nora sua atque nefaria debita soluerentur.  
His igitur ille totius boni emulus utens  
sue malignitatis ministris/tax eos qui post  
fidem ab his decipiebantur/rapiebat ad tene-  
bras sempiternas: quod illos qui necdum credi-  
derant (tanquam heresisset nostre religionis in-  
fama) sumouebat a fide: dum ob execra-  
bilem horum hominum vitam/ipsam christia-  
norum professionem audiens quisque vitaret.  
Hec aliunde tunc suspitio de nobis tanquam  
de vere impiis et incestis fuerat exorta: qua  
assereretur illicitis plebem nostram stupis et  
promiscue habitis in matribus ac sororibus  
pollui: atque execrandis infantum dapi-  
funestari. Sed non in longum duravit infamia  
ubi se ipsa cepit veritas aperire: Quinim-  
mo clarus ac splendidus allucescente vita  
nostro/extinguebat continuo superstitio-  
sic caligo figmentum. Et singulis quibusque sectis  
que adversum veritatem exorte fuerant evan-  
escenscibus/vel in multitudine ac multiformes  
species diffinitibus/proficebat et ex-  
tollebatur indies/solus vere et catholice  
ecclesie splendor/nulla temporum varietate fu-  
catus: quia castimonia sui ac puritate/et  
diuine conversationis gloria/per omne ge-  
nus hominum/sapientia/doctrina/fide/et actibus

## Liber

bus refulgebat. Etenim ipso confestim tempore quo ceperat opprobrii huius flamma restincta est. Permansit autem apud singulorum mentes veritas/que suis semper viribus nitens/conuincit et arguit falsitatem: nec passa est adulterino maledictorum furo/eccliesie castitatem pudicitiamque lacerari: Intantum ut ex illo ad nostra usque tempora/nullus tamen se uementis extiterit/qui honestatem et castimoniam plebis nostre/ore sacrilego concinnatis macularet opprobriis. Sed ad romanos et ad grecos ad scythas et barbaros/et ad ipsas pene in ultimis orbis partibus receditas nationes/intantum suavis odor de eccliesie gestis/et diuinum quidam respirans sancte conuersationis aura peruenit: intantum ad aures omnium ac mentes felix christiani noui fama peruecta est: ut omne hominum genus/legibus et superstitionibus patriis derelictis: ad fidem se conuertere christi. Omnesque barbaries genuina feritate deposita/ad iesum christum concurreret: et disceret ab eo quod mitis est et humilis corde. Extiterunt preterea per diuinam gratiam viri ea tempestate eruditissimi/qui probabiliter et sufficienter ob scena hereticorum cometa conuincerent: et quod vera fides in ecclesia catholica castitatis haberet ostenderent. In quibus Egesippus celeberrimus habebatur: qui integerrimam traditionem apostolice predicationis/simplici sermone conscriptam/in quinque libris memorie tradidit. Ubi et de suis ipse temporibus aliquanta commemorat: et de quibusdam qui simulachra collocauerant talia quedam scribit. Quibus inquit templum/imo potius sepulchra fecerunt/icut etiam nunc videmus. Ex quibus est vnus antinous seruus adriani cesaris: cui agones annui celebrantur: qui antinoui appellatur nostris adhuc temporibus instituti. Nam et ciuitatem condidit eius nomini antinoui: et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas. Sed et Iustinus fidelissimus nostre philosophie sectator/et in grecorum disciplinis eruditissimus/scribens ad antoninum/Apologeticum per nostra religione librorum meminit ita dicens. Non michi videtur absurdum meminisse

## Quartus

in his etiam de antinoo/quod nuper gestum est: quem omnis timore principis quasi deum colere ceperunt. Cum bene nouerit quis qualis uel paulo ante fuerit et unde duxerit genus. Idem quoque ipse/etiam iudaici belli quod tunc gerebatur memoriam faciens/talia quedam refert. Etenim in hoc quod nunc geritur iudaico bello/Sarchochabas princeps iudaice factionis/christianos solos nisi negarent christum/tanquam blasphemos ad supplicia rapi iubebat. In quibuslibet etiam de conuersione sua/quas habuit a gentili philosophia ad vere religionis fidem/et non absque probabili ratione et examinato iudicio ad hoc conuersus sit hoc modo scribit. Nam et ego ipse inquit sectis platonice institutus/audies infamari christianos/et uides eos impudicos ad suscipiendam mortem/atque omne supplicium tollerandum considerabam quod impossibile esset in malitia eos et in libidine conuersari. Quis enim aliquando voluptuosus et luxuriis deditus/et qui humanis carnibus uesci delicias putet/mortem libenter amplectitur: qua scilicet ipsa confestim careat/pro qua infamari maluit voluptate. Quinimo uiuere perpetuo si liceret/et lateret iudicia/in hoc magis operam daret: ne dum semetipsum statute ac professe morti studeret offerre. Sed et idem ipse uir scribit adrianium principem/susceptis a serenio gratiano clarissimo uiro preside litteris/in quibus de christianis percontabatur/rescripsit: quod non esset iustum christianos nullius criminis reos/absque iudicio legibusque puniri. Simul et exemplum epistole ipsius subicit/continentis hunc modum.

Capitulum viii. de epistola adriani que persecutionem in nostros parumper repressit.

templum epistole imperatoris adriani ad munutium fundanum proconsulem Asie. Accepi litteras ad me scriptas a decessore tuo Serenio gratiano clarissimo uiro: et non placet michi relationem silentio pretere: ne innoxii perturbentur et calumniatoribus latrocinandis tribua: ut oc

casio. Itaq; si euidenter provinciales huic petitioni sue adesse valent aduersum chri- stianos/ut pro tribunali eos in aliquo ar- guant:hoc eis exequi non prohibeo. Preci- bus autem in hoc solis et acclamationib9 uti/eis non permitto. Etenim multo equi- us est/si quis volet accusare/te cognosce- re de obiectis. Si quis igitur accusat et pro- bat aduersum leges quicq; ageret memo- ratos homines:pro merito peccatoru etia supplicia statues. Illud me herde magno pere cura bis/ut si quis calumnie gratia/ quenq; horum postulauerit reum/in huc pro sui nequitia supplicis senioribus pin- dices.

**Capitulum ix. de successione. quorundam episcopoz rome et alexandrie.**

Erum adrianus post hec vicesimo et primo anno sui principatus/die obiit. Et antoninus cognomento pius ro- manum suscepit imperium. Huius pri- mo anno Telesphorus annis vndecim sa- cerdotio in vrbe roma administrato vita decessit/et biginus episcopatus sortem ro- mane suscepit ecclesie. Veruntamen hy- reneus refert Telesphorum martyrio vi- tam finisse:simul indicans Bigini episco- pi temporibus/Valentinum auctorem pa- lentiniane heresis extitisse:et cerdonem que- dam erroris illius principem/que; postea Marcion secutus est:eosq; vno tempore rome/sed et diuersis impietatibus efferbuis- se. Scribit autem ita.

**Capitulum x. de quibusdam pseudo apostolis.**

**A**

Am valentinus venit romam sub bigino. Inualuit autem tempori- bus Pii/et ad anicetum vsq; durauit. Cer- do vero (qui ante marcionem fuit) et ipse sub bigino:qui erat in vrbe roma ab apo- stolo nonus episcopus/venit Qui tamen aliquando quidem quasi penitens et erro- rem confitens excusabat:aliquando rur- sum occulte/interdum etiam publice im- pietate; docebat. In quo conuictus/a ce- tu fraternitatis arcetur. Hec autem dixi

hyreneus in tercio aduersus hereses libet In primo aute; libro nichilominus de ce- done hec dixit. Cerdo vero a sectatoribus symonis/impietatis sue occasionibus in- ptis/romaz venit sub bigino:ibiq; docuit q; is qui a lege et prophetis predicatus est deus:non esset ipse pater domini nostri ih- su christi. Quia ille quidem notus esset hic autem ignotus est. Et ille iustus: hic autem bonus. Cui succedens marcion pi- ticus absq; reuerentiaylla blasphemias/au- rit doctoris isania. idē quoq; ipse hyrene- imesum pfudu. Valentini erroris de mat- ria et ceteris/validissime coarguit. Et se- pentis in modum/cecis semetipsum late- bris obtegentem/in lucem protrahit acce- nudat. His adiungit et de marco quodam quem dicit magicis artibus imbutum ap- prime enituisse. De cuius prophanis in- perditionibus/et archanis no tam sacris q; sacrilegis/et mysticis misteris ita scri- bit. Etenim quidam eorum thalamum co- struunt/et nefarium quoddam initiandi celebrant genus:tanq; secretis quibusdam carminibus ac verbis/non tam sacris qua execrabilibus/eum qui introducitur/con- secrantes. Spirituales nuptias aiunt esse que faciunt/instar videlicet supernarum coniugationum. Adducentes vero eos ad aliquam aquaz et baptisantes/hec super eos proferunt verba. In nomine aiunt igno- ti patris omnium/et in veritate omnium matre/et in eo qui descendit in iesum. Alii vero hebraica nomina ad pauorem audie- tium super eos quos inicianter/terribiliter obloquuntur Hec de sectatoribus marci hy- reneus scribit. **Capitulum quarto autem episco- patus sui anno euz decessisset biginus/ro- mane ecclesie sacerdotium Pius suscepit. Apud alexandriam vero marcus:terciode- cimo ano episcopatus sui Eumenide defu- cto. Qui marcus cum decem annis sacer- dotium ministrasset: Celadioni post obi- tum suum ecclesie gubernacula dereliquit Pius vero in vrbe roma quindecim annis in sacerdotio expletis/Aniceto post se tra- didit sedem. Cuius temporibus egesippus**

## Liber

refert semetipsum romam venisse. et per-  
mansisse i nubi/ vsq; ad elentherii qui post  
Anicetum subrogatus est/ episcopatum.

Quibus temporibus simul florebat iusti-  
nus in habitu philosophi: diuinum predi-  
cans per bura: et fidei nostre rationem taz  
scriptis voluminib; q; p;ue vocis assertio-  
ne defendens. Qui et aduersum martio-  
nem scribens/ commemorat de eo q; ad huc  
superesset eo tempore quo scribebat. De-  
niq; ita ait. Marcion vero quidam ponti-  
cus qui hodieq; superest/ docet homines  
alium credere esse deum/ maiorem condi-  
tore deo. Nec ille hominibus ingerens/ et  
demonibus adiutorib; ptens/ multis blas-  
phemare persuasit/ vt negarent creatorez  
omnium deum ipsum esse patrem christi:  
sed alium quendam qui quasi maior hoc  
esset: z tamen omnes sectatores eius chri-  
stiani appellatur. Ita nimiru sicut omnes  
communis vocabulo/ cum diuerse sint secte  
philosophi nuncupantur. Sed et post pau-  
ca nichilominus dicit. Est autem z nobis  
liber aduersus oes hereses copositus/ que-  
si vultis decurrere dabimus.

### Capitulū. xi. de iustini defensione:

Ita autem ipse iustinus scribit etiā  
contra paganos volumen insigne  
Sed et alios libros pro nostra religione:  
quibus ad antoninum principem qui co-  
gnominatus est Pius/ sermonem dirigit  
Scribens ad senatum. In vrbe etenim ro-  
ma maxime consistebat. Deniq; in vno  
ex his libris/ etiam de semetipso volens  
quis vel vnde esset ostendere: hoc modo scri-  
bit. Imperatori elio adriano antonino pio/  
Cesari augusto/ et perissimo philosopho:  
et lutio philosophi cesaris proprio filio ac  
patri adoptiuo/ amatori sapientie/ et sacro  
senatui/ atq; omni populo romano pro vi-  
ris ex omni genere hominum congrega-  
tis/ et iniusto odio laborantibus/ ac non  
digna patientibus: Iustinus pasci filius  
bacchiadis ex vrbe neapoli palestine/ vn-  
de pro omnibus defero postulatam. Sed et

## Quartus

Interpellatus idem imperator in asia ab  
iis qui vario iniuriaruz genere affligeba-  
tur/ tale rescriptum ad vniuersos asie po-  
pulos promulgauit

### Capitulū. xii. epistola cesaris antonini ad asianos pro defensione nostror.

Imperator cesar marcus aurelius  
antoninus augustus armenic; po-  
tifer maximus/ tribunitie potestatis quin-  
decies/ consul tercius/ vniuersis simul ple-  
bibus asie salutem. Ego quidem non am-  
bigō etiam ipsis diis cure esse ne quis no-  
rius lateat. Multo enim magis ipsis con-  
uenit punire eos qui sibi immolare nolūt  
q; vobis. Sed vos confirmatis eor. quos  
persequimini sententiam quam de vobis  
habent/ dicentes vos impios et sine deo esse  
Unde et optabilius habent/ et animam  
ponere pro deo suo/ z mortem libenter am-  
plecti: q; vobis talibus acquiescere/ et in ve-  
stre religionis iura pcedere. De motibus  
autem terre qui vel facti sunt/ vel etiā nūc  
fiunt/ absurdum non erit merore pestrum  
iusta commotione solari. Quoniam qui-  
dem comperi/ q; in huiusmodi rebus ad  
illozum inuidiaz cōmunes casus transfer-  
tis: in quo illi quidem maiorem fiduciam  
accipiunt apud deum. Vos autem i omni  
tempore quo de talibus ignoratis/ ceteros  
quidem deos negligitis. Cultum vero im-  
mortalis dei: quem christiani colūt expelli-  
tis z deturbatis: vsq; ad mortem cultores  
illius obseruante persequentes. Super qui-  
bus plurimi ex prouintiis iudices/ etiā ve-  
nerabili patri nostro scripserant. Quibus  
rescriptum est ab eo/ vt nichil omnino mo-  
lestie huiusmodi hominibus generaret  
nisi forte argueretur aliquid aduersum ro-  
mani regni statum moliri. Sed et michi  
ipsi de his quā plurimi retulerūt. Quibus  
ego paternā securus sententiam/ pari mo-  
deratōe rescripsi: q; si quis persistit/ huius-  
modi hominibus absq; vlla crimine  
mouere negotia: ille quidem qui dela-  
tus pro hoc nomine fuerit absoluat:

etiā si pbatur id esse quod ei obicitur chris-  
tianus: is autem qui crimē obtendit/re-  
us pene ipsius quā obicit existat. Propo-  
sita ephesi publice in conuentu Asiae.

**C**risti de polycarpo apostolorū discipulo

Et ita gesta esse testatur etiā He-  
lito episcopus ecclesie Sardenis

**I**n eo libro quem ad imperatorem. Verum  
pro fide nostra ac religioe cōscripsit. Qua  
tempestate etiā Aniceto romane ecclesie  
presidente/Polycarpum romā venisse at-  
qz habuisse sermonē cū ipso Aniceto de pa-  
sche die/Hyreneus refert. Sed et alia que  
dam de eodē Polycarpo scribit/que michi  
dignū videtur corpori huic nostre narrati-  
onis inserere. Tercio igitur libro aduers⁹  
hereses/hec deo commemorat/Hyreneus.  
Polycarpus inquit qui nō solū ab aposto-  
lis erudit⁹ est/neqz solū cōuersat⁹ est cum  
iis qui dñm viderant sed ab ipsis ordina-  
t⁹ est Smyrneorū ecclesie episcopus.  
Quē nos quoqz in prima etate nostra vi-  
dimus. Diu etenim permansit in vita: et lon-  
geua etate perdurās/nobilis viuendo/sed  
et moriēdo nobilior extitit: quippe qui vitā  
martyrio terminauit. Docebat autē semp  
ea que ab apostolis ipse didicerat: et eccle-  
sie hec tradebat que sola vera ducēda sunt  
Quorū testes sunt om̄s ecclesie que in Asia  
constitute sūt et ii qui per tēpus etiā nūc in  
Polycarpi successione pdurāt. Multo au-  
tē verior et fide dignior/hic auctor ecclesie ē  
et veritatis testis: q̄ Valētinus et Marcion  
et ceteri peruerse mētis hoīes. Qui etiā  
sub Aniceto romam perrexit: et multos ex  
supradictis hereticis ad ecclesiā dei cōuer-  
tit. Hanc solā predicās tenendā esse verita-  
tē/quā ipse sciret se ab apostolis suscepisse  
quā et tradebat ecclesie. Et sunt adhuc eti-  
am nūc qui audierūt ab ipso/q̄ Jobēs apo-  
stolus discipulus dñi/apud Ephesū cū bal-  
neas lauandi gratia fuisset ingressus/et vi-  
disset ibi Cherinthū/exiit et continuo et  
discessisset nō lotus dicens: Fugiamus hic  
ne et balnee ipse coruant/in quib⁹ Cheri-  
thus lauat veritatis inimicus. Idē etiam  
Polycarpus Martioni aliquādo cū occur-

risset dicens tibi agnosce nos/respondit.  
Agnosco primogenitum Sathane. Tan-  
ta tūc apostoli atqz eorum discipuli in reli-  
gione cautela utebantur: vt ne verbi qui-  
dem cōmunionem cū aliquo eorum qui a  
veritate deuiauerāt habere paterētur. Si-  
cut et paulus dicit. Hereticū homines post  
vnā et alterā correptionē deuita: sciēs quis  
peruersus est huiusmodi et peccat: cum sit  
a semetipso dānatus. Extat et epistola po-  
licarpi ad philippenses scripta perualida.  
Ex qua formā fidei eius ac pdicationis/ si-  
qs forte salutis sue sollicitudinē gerit/ca-  
pere potest. Hactenus Hyreneus. Polycar-  
pus vero in ipsa epistola quā ad philip-  
penses scripserat. vtitur testimoniis de pri-  
ma Petri epistola ¶ Sed ei Antonino q̄  
Pius cognominatus est vicesimo et secun-  
do anno p̄cipatus exacto/ Marcus Au-  
relius Verus/et Antoninus filius ei⁹/cū  
Lucio fratre succedūt. Quo in tēpore poli-  
carpus maximis p̄secutionibus Asiā qua-  
tiētib⁹/vitā martyrio finiuit. De quo pla-  
ne necessariū duximus mēorie tradere ma-  
xime cum scripta extet epistola/ex p̄sona  
ecclesie Smyrneorum ad Ponti ecclesias  
data: que de martyrii eius beato fine desi-  
gnat. Cuius exemplū infra scriptum est.  
Ecclesia dei que est apud Smyrnam/ eccle-  
sie dei constitute apud Philemolum/  
et omnibus qui vbiqz sunt sanctis ecclesi-  
is catholicis/misericordia et pax et caritas  
dei patris et dñi nostri ihesu christi mul-  
tiplicet. Scripsim⁹ vobis fratres de marty-  
ribus et de beato Polycarpo/qui velut si-  
gnaculo quodam martyrii sui/finem per-  
secutioni posuit. et Paulo post describētes  
etiā ceterorum martyrum agones/talia  
quedam scribunt: deterrere etenim volen-  
tes inspectantem populum/nunc flagris  
vsqz ad interiora viscerum martyres lani-  
abant/ita vt abdita corporis et que natu-  
ra in archanis locauerat nudaretur: Hūc  
autē marinas cocleas q̄ conchilia vocāt/et  
acuta queqz fragmenta/i dorsum supina-  
tis martyribus substernebant. In quibus  
om̄e tormētī gen⁹ et pene speciē p̄sumētes



## Liber

ad ultimum deuorandos eos bestiis expo-  
nebant. Sed in his precipue designat vir  
fortissimus efflouisse/ Germanicus noie  
qui p gratiaz diuinam et meritū virtutis/  
metum corpore fragilitatis exclusit. No-  
lente nāqz proconsule persuasionibus ag-  
gredi virum: et obicere ei prime etatis flo-  
rem: debere eū suimetipsius miserationē  
capere: Ille nichil moratus/ sponte dicitur  
pre paratam sibi bestiam prouocasse: velu-  
ti tardantes increpans penas. z inique hu-  
ius vite vltro velocē expetisse discessū. Ve-  
rum cum ex huius tam insigni morte/ stu-  
porem cepisset et astantis populi multitudo  
et totius christianorū gentis mirari virtu-  
tem de contēnenda morte cepissent: cōcla-  
mant omnes: Tolle impios. Policarpus  
requiratur Sed cū ex acclamatione gra-  
uis perturbatio fieret: Labyrinthum quen-  
dam natione frigem/ nuper de suis regio-  
nibus aduentantem/ accidit primo quidē  
bestias ceteraqz tormēta sponte lacefcere:  
debinc fractis animis cedere: ad vltimuz  
etiam salutem segnitia perdere. Que res  
eum ad martyriū procatia potius et teme-  
ritate q̄ deuotione prosiluisse declarat. Ip-  
se nanqz se iudiciū ingesserat victus. Itaqz  
exemplū euidēs oibus dedit/ cautius i re-  
bus talibus et circumspectius agendum.  
quia non temeritas/ sed fides et modestia  
coronatur.

**Capituluz. xiiii. agones beati policarpi  
strēnuaqz passio eius.**

Ed de his quidē talia gesta sunt. In  
signis aut vir polycarpus primo qui-  
dem cū audiret vulgus i se acclamationi-  
bus excitatum: in nullo penitus motus ē  
sed mansit ipauidus. Tranquillus nāqz  
erat moribus/ et serenus aspectu. Qui cū  
in eadem ciuitate velut interritus pmane-  
ret/ acquiescēs tamen deprecantibus se fa-  
miliaribus suis/ ad agrum quendam ciui-  
tati proximus secedit: atqz ibi cum paucis  
die noctuqz nichil aliud q̄ in orationibus  
permanet. pro pace ecclesiarum que vbiqz

## Quartus

sunt supplicans deo: quod ei facere i omni  
vita sua moris perpetui fuit. Sed is i ora-  
tione positus/ ante triduum q̄ comprehen-  
deretur/ visionem videt p noctem cervical  
capitis sui flammis esse consumptū. Cūqz  
euigilasset post visum/ interpretatus ē a-  
stantibus somnium suuz. Dixitqz pro cer-  
to se ob cristum pignem vite exitum sorti-  
turum. Imminente igitur questione/ rur-  
sus fratrum caritate compulsus/ cōmigra-  
uit ad aliuz locum. Quo non multo post  
inquisitores eius ingressi/ correptis duobz  
pueris/ et altero ex his verberato/ p indi-  
cium eius ad polycarpum perueniūt. cum  
iam dedinaret dies. Et ingressi/ ipsū q̄dez  
offendunt in superioribus quiescentē. An-  
de cuz posset facilis ei transitus esse ad al-  
teram domuz/ noluit dicens. Volūtas do-  
mini fiat. Quin immo et cuz comperisset  
adesse comprehensores suos/ in occursum  
eis progressus/ leto admodū vultu ac pla-  
cido compellare viros cepit cū ingēti oris  
gratia. ita vt illi mirarentur et stuperent:  
quid tantuz studii fuerit/ vt vir illius gra-  
uitatis et honestatis. in tam longeva eta-  
te/ et tanta vite auctoritate positus. pquiri  
et comprehendi sit iussus. Sed ille nichil  
moratus/ continuo apponit mensam hos-  
tibus quasi hospitibz iubet/ atqz epulas  
largius ministrari: vnius hore ab eis spa-  
cio orationis gratia impetrato. orabat igitur  
tanta dei gratia repletus/ vt ammira-  
rentur omnes qui aderant. z ipsi qui ad cō-  
prehendendum venerant peniterent: q̄ tā  
honestum virum ac deo dignum/ et ipsa  
etate venerabilem/ rapere iuberentur ad  
penam. Et post aliquanta eadem scriptu-  
ra verbis ipsis talia contungit ex ordine.  
¶ Postea vero q̄ finiuit orationem/ me-  
moriam faciens omnium quoscunqz nos-  
se potuit/ maiorum minorumqz/ nobilium  
et ignobilium/ et totius catholice ecclesie  
que per orbem terre est: Instante iam ho-  
ra progreditur/ et asino sedens/ ad ciuita-  
tem ducebatur cum esset dies magni sab-  
bati. pergenti occurrit ei prefectus pacis/  
herodes nomine/ et pater eius. Nicetas.

Qui leuantes eum secum in vehiculum/  
 persuadere sedulo conabantur dicentes.  
 Quid enim mali est dicere deus cesarem/  
 et immolare. et de cetero viuere securum.  
 Hec ille primo tacitus audiuit. sed ubi per-  
 sistebant/ait ad eos. Quid multis opus  
 est. Faciurus non sum quod dicitis. At il-  
 li postea quod nichil se profecisse senserunt/i-  
 dignatione commoti: cum contumelia eum  
 vehiculo deturbant: ita ut pedem lederet  
 preceps actus. Sed quasi nichil passus fuis-  
 set iniurie/ tota alacritate contemptus/ per-  
 gebat ad stadium quo duci fuerat impera-  
 tus. Cum vero tumultus ingens in stadio  
 ex ingressu eius fuisset exortus: vox e celo  
 delapsa est: Fortis esto polycarpe/ et virili-  
 ter age. Sed auctorem quidem vocis videri  
 re potuit nemo. auditus tamen ad pluri-  
 mos venit. Interea animatur ad furorem  
 tumultus populi/ videntes quia polycar-  
 pus introducit. Cumque eminus a pro-  
 consule interrogaretur si ipse esset polycar-  
 pus: se esse confitetur. Ergo inquit habe-  
 to etatis tue reuerentiam: et parce ultime  
 senectuti tue. Jura fortunam cesaris/ ge-  
 rens de prioribus penitudinem. et concla-  
 ma etiam tu/ tolle sacrilegos. Tum poli-  
 carpus toruo vultu ad populuz qui in sta-  
 dio residebat aspiciens/ eleuata ad celum  
 dextera/ cum gemitu proclamauit et dixit  
 Tolle sacrilegos. Sed insistente procon-  
 sule dicente/ iura fortunam cesaris/ et dic  
 in christuz conuicia. et dimitto te: Polycar-  
 pus ad hoc. Octoginta inquit et sex annis  
 seruo ei/ et nichil me lesit vnquam: quomodo  
 possum maledicere et blasphemare regem  
 meum/ qui salutem michi dedit? Cumque  
 rursus vehementius irgeretur ut fortunam  
 cesaris iuraret: si hanc inquit iactantiam  
 queris/ ut ego fortunam cesaris iurem/ et  
 qui sim ignorare te simulas: omni liberta-  
 te audi a me quia cristianus sum. Si vero  
 etiam rationem vis cristiane religionis  
 accipere/ statue dies et audi. Proconsul di-  
 xit. Suade hoc populo. Polycarpus ait.  
 Tibi quidem respondi. Docemur enim

principibus et potestatibus iis que a deo sunt  
 honorem deferre: eum scilicet qui religio-  
 ni non sit contrarius. Populo autem fu-  
 renti satisfacere non est meuz. Proconsul  
 dixit. Bestias habeo paratas/ quibus subie-  
 cteris/ nisi cito penitueris. At ille respondit.  
 Adhibeantur. Nobis enim immobilis stat  
 sententia: nec possumus de bono ad ma-  
 lum per penitudinem commutari. Hec  
 autem erat si ubi mutarentur ad bona/ qui  
 perseuerant in malis. Tum proconsul inquit  
 Igne te faciam consumi/ si tibi bestie con-  
 tenende videntur. nec propositi recipis pe-  
 nitudinem. At ille. Igne minaris inquit  
 hunc qui ad momentum inceditur. et pau-  
 lo post extinguitur. quia ignoras futuri i-  
 dici ignem eternum: qui ad perpetuas pe-  
 nas preparatus est impiorum. Sed quid  
 moraris? Adhibe utrum voles. Hec multa  
 alia his similia dicens polycarpus. con-  
 fidentia simul et leticia replebatur: ita ut  
 alacritate vultus eius/ responsionumque  
 constantiam/ proconsul maximo stupor  
 miraretur. Hic igitur curione ad popu-  
 lum iubet voce maxima protestari: Pol-  
 licarpum tercio confessum christianum se  
 esse. Quo audito vniuersa multitudo tan-  
 gentilium quam iudeorum Smyrnen-  
 um ciuitatis/ cum ingenti furore acclama-  
 bant. Hic est totius asie doctor/ et pater cri-  
 stianorum/ nostrorum autem subuersor deo-  
 rum. Ipse est qui multos docet ne immo-  
 lent/ ne ve adorent deos. Et post hec ver-  
 ba acclamabant philippo munerario/ ut  
 leonem polycarpo dimitteret. Qui respon-  
 dit non sibi licere: quia iam editionis sue  
 munus expleisset. Tunc illi omnes pariter  
 conclamant/ ut polycarpus viuus arde-  
 ret. Sporthebat enim visionem eius quam  
 de ardente cervicali vidit impleri. Que  
 cum dicto citius gererentur: ipsis populis  
 ligna vel de balneis vel de publicis quibusque  
 locis et sarmenta congregantibus/ prece-  
 pue iudeis ardentius in hoc ex more fer-  
 uentibus/ cum omni velocitate extractus  
 est rogos. Tum depositis senior indumentis

## Libet

tis/actio resoluta / calciamenta quoq;  
pedibus tentabat educere:que nunq̄ nisi  
a religiosis quibusq; fide et deuotione se/  
metip̄os inuicem preuenientibus resolu/  
consueuerant. Ita nanq; in omni etiam  
reliqua vita sua venerabiliter ab omni/  
bus colebatur. At ergo expedita sunt que  
ad ignem pertinebant/cum eum uellent  
rogo impositum etiam clauis affigere ait  
Sinite me. Qui enim dedit michi ignis  
ferre supplicium/dabit ut et sine clauorum  
affixione flammam immobiliter perferaz.  
Tum illi ommissis clauis/pinculis vsi sunt  
solis. Quibus post tergum manibus re/  
sunctis/velut elect<sup>9</sup> aries et ex magno gre/  
ge assumptus/acceptabile holocaustum  
omnipotēti oblatum est deo. has p̄ces etiā  
in ipsa passione profundēs.

**Capitulū. xv. de oratione polycarpi cum  
igni adureretur/et de quibusdā aliis mar/  
tyribus.**

Eus dilecti et benedicti filii tui Je/  
su christi pater/per quem tui agni/  
tionem suscepimus: Deus angelorum et  
uirtutum/et uniuerse creature/ac totius iu/  
storum generis / qui omnes coram te ui/  
uunt: Benedico te qui me in hanc diem  
perducere dignatus es/ut particeps existe/  
rem martyrum. et calicis christi tui. in re/  
surrectione uite eterne anime ac spiritus  
mei/per incorruptione spiritus sancti. in  
quibus suscipiar in conspectu tuo hodie.  
tanq̄ sacrificium pingue et acceptabile. si/  
cut preparasti et presignasti ita et fecisti.  
Uerus es tu/et sine mendatio deus. Pro/  
pterea et in omnibus laudo te/et benedi/  
co te/et glorifico te/per eternū deum. et pō/  
tificem iesum christum dilectuz filius tuū  
per quem/et cum quo/tibi in spiritu sācto  
gloria est/nunc et infinita secula. Et cum  
amen insonuisset oratione completa: sub/  
ciunt ignem homines ignis eterni ignari.  
Quq; flamma ingens reluxisset: uidimus

## Quartus

miracula omnes nos quibus ea deus ui/  
dere concessit. Ex quibus et quāplurimi a  
domino ad hoc reseruati sunt/ut annūcia/  
rent ceteris que uiderunt. Flamma etiam  
in moduz camere curuata/specie quasi ue/  
li nauis pento sinuati/supra corpus mar/  
tyris stetit. Quod corpus in medio posi/  
tum/non erat/ut caro ardens: sed tanq̄ si/  
aurum aut argentuz in fornace candesce/  
ret. Tunc preterea odorem naribus hausi/  
mus tanq̄ turis incensi. uel preciosissimi/  
fragrantis unguenti. Ad ultimum uidentes  
scelerum ministri igni corpus nō posse cō/  
sumi: iussere propius accedere confectoꝝ/  
et corpus cui ignis cesserat/mucrone trās/  
fodere. Quo facto: tam largus profusus  
est sanguis: ut restingueret rogam. Ho/  
pulus autem miraculi stupore discessit at/  
tonitus/erga electos dei tam insigni eius  
fauore perspecto. **Hic est ergo ammira/  
bilis et electus temporibus nostris magi/  
ster apostolicus et propheticus Smyr/  
neorum ecclesie sacerdos. Qui omne uer/  
bum quod locutus est/et impletum est/et  
implebitur in futuro. Sed ille emulus to/  
tius bonitatis et aduersarius omnium iu/  
storum/postq̄ uidit q̄ et pro martyri glo/  
ria/et pro uite egregie uirtutibus corona/  
tus est: et per mortem premia immortal/  
tatis adept<sup>9</sup>: satis agere cepit/ut reliqui/  
as eius ad sepulturam nostris desideran/  
tibus nemo concederet. Instigabatur er/  
go. Hiceta herodis pater / frater autem  
Dalce/adire iudicem: et petere ab eo ne  
humandum concederet corpus: ne forte in/  
quit relinquentes illuz qui crucifixus est/  
christiani hunc colere incipiant: Iudeis ma/  
xime ista machinantibus / qui et nostros  
intentis oculis obseruabant: ne eum flam/  
mis adhuc ardentibus raperent. Igno/  
rantes miserissimi/quia neq; christum. ali/  
quando possumus derelinquere qui mor/  
tem pro totius mūdi salute sustinuit: neq;  
alium quenq̄ colere/q̄ uerum deum: et q̄  
solus colēd<sup>9</sup> sit nouerim<sup>9</sup>. Martyres pero/  
tanq̄ discipulos dñi diligam<sup>9</sup> et ueneremur**

quasi integre fidē magistro seruantes et dño. quoz nos quoq; in fide ⁊ perseverantia caritatis/ optam⁹ esse participes. Ubi autē vidit centurio tam obstinatā iudeozū contentionē: positū in medio ipsuz corpus exussit: et ita nos postmodū ambusta ossa preciosissimis gēmis cariora/ et omnia auro pbabiliora per ignem facta/ collegim⁹ ac sicut cōueniebat ex more condidimus.

Quo in loco etiam nūc prestante dño solennes agimus celebresq; cōuentus. Maxime quidez in die passionis eius. Sed et cum eo/ eoz memorias qui prius passi fuerant celebramus: ut sequentiū animi/ ad p̄cessoz viā exēplis insignibus suscitentur. Hacten⁹ de beato Policarpō. Cū quo etiam alii duodecim ex Philadelphiā veniētes apud Smyrnā martyrio consummati sunt.

**S**ed in eadē epistola cōtinebatur etiam de aliis q̄ plurimis eiusdem tēporis martyribus intertexta narratio In quibus refert post Policarpū/ q̄ etiā Metrodorus quidaz ex Martionis heresi presbiter igni sit traditus. Inter ceteros autē qui per idem tēpus martyres exti: erunt/ famosissimus inibi refertur quidā Dionis⁹ nomie. Cui⁹ per singulas interrogaciones/ respōsionū constantiā/ et pro fide nostra ad populum oraciones/ q̄ apud iudices in territus semper astiterit/ docens ⁊ disputans etiā in ipsis tribunalib⁹/ utq; iis qui in persecutiōe titubauerant. cohortationibus suis ad cōsurgēdū dexterā dederit: et in carcere positus qualiter ingressis ad se fratribus aīos ad martiriū tollerantiā roborarit. quos ut etiā ipse pro martyrio tulerit cruciatus: ut q; sit clavis affixus/ et ardenti rogo suppositus: et ut in his beatū vite fecerit fines. Si quis vult plenius scire/ ex illa que a nobis de antiquis martiribus scriptura composita est/ plenius discet. Post hec etiam aliorū apud Bergamū Asiē urbē martiriū gesta referuntur. Carpi cuiusdā et Hapirri et Agotonice optime femine/ aliarūq; multarūq; pro beatis confessionibus martyrio coronate sunt.

**Cap̄ xvi.** de beato iustino philosopho et

martyre.

Ubi quib⁹ et vir mirabilis de quo paulo superius fecimus mētionē Justinus/ cū secundū iam librum pro religiōis nostre defensiōe conscriptū/ tēporis illius iudiciibus obtulisset: remuneratiōnem lingue fidelis ⁊ erudite/ martiriū munus accepit: quodam philosopho Crescente nomie/ canē tam p̄fessione q̄ moribus dolos viro insidiasq; tēdēte. Quoniā quidem sepe cū eo disputās/ auditoribus mediis/ nō solū obtinuerat eū: verū ⁊ vehemētius veritate sibi suffragante confuderat. Unde ⁊ victorie sue palmā/ martiriū percepit a dño. Hoc autē ita futurū/ etiā beatus ipse verus philosophus veritatis/ in ea defensione quā ab eo conscriptā supra diximus/ aperite sicut erat futurū/ p̄phetice mente predixit his verbis. Nam ⁊ ego inquit ipse spero me ab aliquo horū q̄bus pro veritate obsisto/ insidias esse passurū: spero baculo aut clava feriēdū. Certe vel accrescente hoc/ non philosopho sed philocōpo/ id est non amatore sapientie/ sed amatore iactantie. Neq; enī dignū est philosophū nomari eū/ qui de iis que nescit publice p̄testat: et chustianos sine deo esse et impios dicit: ad gratiā et libidinez eozum quos in errore positos ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si enī ignoratur ab eo chusti doctrina/ ⁊ ea arguit que ignorat nequissimus est: ⁊ imperitis multo nequior/ quia imperiti vel idiote obseruant ne disputare audeāt de iis que ignorant: ⁊ de illis testimoniū perhibere que nesciūt. Si vero legit que apud nos scripta sūt/ et aut non intellexit eozū virtutē: aut intellexit quidem: sed dissimulat. ne ⁊ ipse suspectus habeatur in talibus. multo nequior ⁊ detestabilior iudicāndus est. qui imperiti vulgi captans fauorē/ veritatis accipie tatis quā probat/ hostis existit et pditor. Naz ⁊ p̄posuissē me ei sciatis quedā/ ex quozū respōsionibus nichil scire conuictus est. Et in tantū sunt vera que dico: ut putē vobis etiā questionis habite inter nos disputationes alatas. Ex quibus apertissime dignoscitur

que nostra sūt penitus ignorare. Si vero necdū penerūt hec ad noticiā vestrā: paratus sū rursū vobis audientibus disputare. Hec sunt beati iustini verba: in quibus secundū ea que p̄dixerat/per Crescētis insidias martyrio cōsumatus est. Tatian⁹ quoq; vir eruditissim⁹ in prima etate sua cū magna āmiratione oratoriā docēs/et qua r̄nō parū glorie quesierat/postmodū ad nostra studia se cōuertens/libros etiā ipse aduersū gentes dignos memorie dereliquit: in quibus iustini meminit bis verbis. Sed et āmirabilis inquit vir iustinus satis recte p̄secutus est. similes istos dicēs esse latronibus. Et post aliquāta cum de philophis quedā dixisset. addit etiam hec. Crescēs deniq; ille qui obsedit urbē magnā/ in puerorū quidē stupris oēs p̄reibat: in pecūie autē cupiditate nullo inferior erat. Mortē vero euz ceteris cōtēnandā suaderet: ipse tam pessimā de ea opinionē gerebat: vt iustinum tanq̄ vltimo malo traderet morti: p̄ eo q̄ veritatē p̄dicās/ voluptuosos r̄ deceptores philosophos arguebat. Ca. xvii. pulchra hystoria de adultero q̄ uxorem suaz ob pudiciā accusauerit.

Dem quoq; Iustinus priusq̄ pro priū desudaret/ aliorū q̄ ante se martires extiterūt describēs agones: in primo defensionis sue libro talia quedam refert. Mulier aut quedā coniūcta erat viro turpi: que et ipsa prius turpiter vixerat. Hec postq̄ chasti precepta cognouit: pudica effecta/ viro quoq; pudiciā psuadebat suggerens ei scriptū esse in christianorū preceptis/eternas imminere penas iis qui pudiciā in vita sua iustitiamq; cōtempserint. Sed ille in eadē obscenitate p̄sistēs/ actibus iam suis alienā a se faciebat uxorem. Quippe cum nefas esse mulier existimaret in eius mariti cōtubernio permanere: qui nature lege contēpta/ nouas vias libidinis exquirebat. Statuit igitur repudiare iura coniugii. Sed p̄p̄inquis interueniētibus/ et de mariti emēdatione pollicētib⁹/ cōpulsus est i ei⁹ rursū cōsortio residere. Verū ille post hec Alexandria profectus/

cum turpius agere/ atq; inceste vite maiora nuncaretur augmēta quesissē: mulier ne vltra in cōiunctione eius manēs participes incesti hominis haberet/ libello ei repudiū dato discedit. Tū ille egregius maritus/ quē gaudere oportuerat q̄ in tantū uxoris sue castitatis p̄fecisset: vt nō solum nichil turpe cōmittere/ s; ne mariti quidē patiēter ferre turpitudinem possēt: a quo emēdationē refutāte p̄ castimōie amore discesserit/ nouo criminis genere pro castitate accusat uxore Christianā inquit est. Et illa quidē libellū obtulit imperatori: vt primo permitteret ei rem familiarē ordiare. tum deinde respōderet obiectis: quod et indulgit. Verum maritus cū mulierē non possēt arguere/ in tholomei cuiusdā exitiū qui magister mulieris in christiana religione fuerat/ tali arte conuerius est. Amicū habebat cēturionē quendā huic psuadet vt percōtaretur a Tholomeo si christian⁹ esset. Hoc tantū Tholomeus tāquā amator veritatis/ nequaquā gloriā sue p̄fessionis occultans/ percōtanti Christianū se esse cōfessus est. Hunc cōtinuo centurio in vīcula coniecit: et multo tēpore squalore carceris maceratū/ ad vltimū Arbitio iudici obtulit. A quo simili modo hoc solū interrogatus est tholome⁹/ si eēt christian⁹. Qui rursū tanti boni sibi conscius/ diuinā religionē pretulit: et de christi magisterio/ ac totius boni institutionibus/ publica cōfessione testatus est. Qui enī negat quod est sine dubio culpabile iudicat esse quod negat. Cōtinuo igitur post cōfessionē/ ab arbitio duci iubetur ad mortē. Lutius autē quidā christianus vir videns tā temere datam sententiā/ ait ad vrbitiū Quid queso cause est q̄ neq; adulterū/ neq; corruptorē aut homicidā vel latronez/ raptorēq; aut alterius cuiuslibet facinoris reum/ sed tātum pro nomine christiani/ q̄ hoc se vocabulo confessus est nuncupari/ ad mortem duci hominē precepisti? Non sunt hec digna pio Imperatore/ nec sapiētissimo puero filio eius/ neq; sacro senatu/ que agis o Urbici. At ille nichil aliud inquirens ait

## Liber

ad iustitiam: videris michi et tu christianus esse  
Quoq; iustius respondisset hoc plane suum: etiam  
am ipse prohiberi duci pariter iussit ad mortem.  
Ille gratias ago inquit: quod me nequissimis  
dominis absolutum/ ad bonum et optimum patrem/ et regem  
omnium deum remittis. Sed et tertius quidam pari  
libertate usus pari quoque sententia punitus est.  
Post hec/ illa iustinus annexit ex ordine/ que paulo ante  
retulimus. Id est ego inquit spero me ab aliquo  
horum quibus pro veritate obstiteri/ insidias esse  
passurum. et cetera.

**Ca. xviii.** que iustinus scripta dereliquit  
Prima autem scripta nobis hic viri  
studiorum monumenta dereliquit: quibus erudite eius  
aie ac diuinis dedite disciplinis indicia colligamus.  
In quibus emolumentum plurimum inuenire possint  
illi qui amore doctrine et scientie gerunt. Extat  
igitur eius liber hic de quo superius memorauimus  
ad Antoninum qui dicebatur pius/ et filium eius/  
ac senatum/ pro nostra religione conscriptus.  
Sed et secundus nichilominus defensionem nostre  
fidei continens: quem scribit ad successorem  
supra scripti principis antoninum verum cuius  
tempora nunc cepimus explicare. Sed et alius  
liber est aduersum paganos: in quo de singulis  
vel nostris vel grecorum philosophis conferens/  
disputationem latissimam conscripsit. Ibi etiam  
de natura demonum disserit quedam: que  
his inserere longum est. Sed et alius liber est  
aduersum paganos qui superscribitur confutatio.  
Est alius eiusdem de monarchia: quem non solum  
de nostris libris sed et de grecorum voluminibus  
teruit. Est et alius qui superscribitur psalmes.  
Et alius velut in subnotationum modo de aia/  
in quo diuersas questiones inseruit ex his que  
apud grecorum philosophos agitantur. Quibus  
contra dictum se reponit: et suam de his sententiam  
in illius responsionis volumine placitum.  
Composuit etiam dialogum quasi cum iudeis:  
quem apud ephebum cum triphone hebreorum  
notabilissimo doctore habuit. In quo exponit/  
quomodo ipse per diuinam gratiam ad  
credulitatem vere fidei perductus sit: cum prius in

## Quartus

mensum studium erga philosophorum gesserit  
disciplinas/ proquirende veritatis amore detentus.  
Simulque refert de iudeis/ quod aduersum  
ecclesiam christi insidiis feralibus agunt  
et pro his insinuat triphonem dicens: quia  
non solum non penitistis pro iis que a vobis  
male gesta sunt: sed et viros apostolos ad hoc  
elegistis de ierosolimis/ et misistis per omnem  
terram/ qui circumirent et dicerent/ impiam  
heresim surrexisse christianorum: simul et  
inimosa quedam diffamarent aduersum nos.  
Quo scilicet per hoc ignorantes quique  
deterriti/ consortia nostra vitarent. In quo  
non solum vobis ipsis/ sed et aliis opprobria  
figendo causa mortis extitistis. Scribit  
autem quod usque ad sua tempora/ prophetie gratia  
in ecclesiis floruit. Sed et apocalypsum/  
Iohannis apostoli esse dicit. Prophetias etiam  
quibusdam videtur testimoniis ad triphonem:  
vincens eum de his/ quod iudei absciderunt  
hec de scripturis et abstulerunt. Sed et multa  
eius alia apud complurimos fratrum feruntur:  
que ita probabilia ac digna a veteribus  
iudicata sunt ut hyreneus ex ipsis inueniatur  
assumere: et in quarto aduersum hereses  
libro/ de his hoc modo scribere. Et bene  
inquit iustinus in eo volumine quem ad  
uersum Marcionem scribit. persecutus est dicens  
quis ipsi domino nunquam acquiesceret/ si alium  
deum diceret preter omnem creatorem. Et iterum  
in quinto eiusdem operis libro dicit. Et optime  
inquit iustinus affirmat/ quia ante aduentum  
domini nunquam ausus est sathanas blasphemare  
deum. Quippe qui nondum cognouisset  
damnationem suam. Hec autem necessario  
nobis de opusculis Iustini dicta sunt/ ad  
inquisitionem librorum eius studiosos quosque  
fidelium prouocantibus.

**Ca. xix.** qui tunc Rome Alexandria et antiochie  
episcopi presuerunt.

Sicut octavo anno supradicti principis/  
Aniceto undecimo anno episcopatui defuncto/  
successit Soter. Apud Alexandriam vero  
Celadion quattuordecim annis ministrato  
sacerdotio/ Agrippinum successorem reliquit.  
**Ca. apud antiochiam**

## Liber

Clā vero theophilus per idē tempus sextus  
ab apostolis/ ecclesie pontificatū tenebat  
Ubi quartus post heronē fuerat cornelius:  
Post quē quinto gradu heros successerat.

**Ca. xx.** qui sūc ecclesiastici scriptores emi-  
tuerunt.

Hinc etiā Egesippus de quo supra  
memorauim⁹/ insignis habebatur.  
et dionysius corinthiorū episcopus. Sed et  
pinitus nobilissimus apud cretam in epi-  
scopis fuit. Philippus etiā et Apolinaris.  
et melito. Hysanusq; et modestus/ et pre-  
cipuus hyreneus: quorū omniū ad nos vs-  
q; apostolice fidei et sane doctrine precla-  
rissima monimenta perlata sunt.

**Capitulū. xxi.** de egesippo et que ipse cō-  
memorat.

Ex quibus Egesippus in quinto cō-  
mentariorū libro/ ubi sententiā sue  
fidei plenissima cum astruptione designat  
indicat hoc etiam qd cū ad urbem romam  
pergeret/ plurimis per loca singula episco-  
pis/ in sermone et caritate cōgressus/ oēs  
eiusdē fidei predicatorēs doctoresq; repererit.  
Simul et de epistola Clemētis ad co-  
rinthios scripta quedā commemorat: que eti-  
am inserere huic operi nostro necessarium  
dixi. Ait ergo. Et permansit inquit eccle-  
sia corinthiorū i predicatione recta vsq; ad  
Primum episcopum: quem romā nauigās  
vidi: et reledi cum eo apud corinthū dieb⁹  
multis/ delectatus fidei eius puritate. Cū  
autē penissimē eum romam/ permansi inibi: do-  
nec Aniceto soter et Soteri successit eleute-  
rius. Sed in omnibus istis ordinationib⁹  
vel in ceteris quas per reliquas vrbes vi-  
deram/ ita oīa habebant/ sicut lex antiqui-  
sus tradidit: et pphete idicauerūt: et domi-  
nus statuit. Idē ipse etiam de hereticis q  
suo tēpore exorti sunt/ talia quedāz cōme-  
morat. Et postea qd (inquit) iacobus qco-  
gnominatur iustus mart pr effectus est/ si-  
cut dñs etiā ipse reddēs ait testimoniū veri-  
tati. electione diuina symeon cleopbe fili⁹  
episcopus ordinatur: electus ab oībus/ pro

## Quartus

eo qd esset cōsobrinus domini. Propterea  
autē tunc ecclesia virgo vocabatur: qd nō-  
duz fuerat adulterini verbi subreptione cor-  
rupta. Sed Theobutes quidā quia re-  
pulsuam meruit episcopatus/ ipse cepit i  
initio perturbare oīa et corrūpere/ qui erat  
ex septem heresibus in populo cōstitutis.  
Ex quibus erat et symon/ a quo symonia-  
ni. Cleobius vnde cleobiani. Et Dothi-  
theus vnde dothitbani. et gorgotheus/ vnde  
gorgotheni. Et masbutheus. vnde mas-  
butbani. Sed et Menander. vnde menas-  
driani: Ab ipsis et marcioniste. Et carpo-  
gratiani et valentiniani. et Basilide. et sa-  
turniani. Quorū vnusquisq; diuersis cor-  
ruptionibus fidei seorsum scisma compo-  
nēs/ ppriam sectam et proprios habuit se-  
ctatores. Ex ipsis pcessere pseudo christi et  
pseudo pphete et pseudo apostoli: qui in  
diuersas partes/ fratrum vnitatem scinden-  
tes/ per corruptelam doctrine castum eccle-  
sie cubile macularūt: impietatē loquentes  
aduersus dñm/ et aduersus christum eius.  
Sed et antiquas iudeorum hereses idem  
ipse scriptor que vel quāte fuerint/ per hec  
verba designat. Erant inquit diuerse sen-  
tentie in circūcisione/ id est i filiis israel: q  
maxime aduersabātur tribui iude ex qua  
christus est. Erāt ergo essei/ galilei. Eme-  
robaptiste Masbutei Samarite Saducei  
Pharisei. Sed et alia quāplurima scribit  
de quibus ex parte iam pro locorum oportu-  
nitate i superiorib⁹ memorauimus. Dis-  
seruit autem et de euangelio secuuduz he-  
breos et sirios. Et quedam etiam de lingua  
hebraica disputauit: et iudaicarum trad-  
itionum meminuit: per que indicat se ex he-  
breis ad fidem christi venisse. Verum et  
ipse/ et Hyreneus/ et omnis antiquorum  
chorus/ librum attitulatum sapientie/ sa-  
lomonis dixerunt/ sicut et prouerbia. Et ce-  
tera. De apocriphis vero cum ageret ad-  
uersus quosdam hereticos/ corrupta in his  
quedam ac falsata esse perhibuit.

**Ca. xxii.** de dionysio episcopo corinthio-  
rum et eius scriptis.

Ad veniendum nobis est tandem ad beati dionysii commemorationem/ Corinthiorum ecclesie episcopi: cuius eruditione et gratia quam habebat in verbo dei/ fruebant non illi populi solum quos regendos acceperat: sed et procul positi: quibus per epistolas presentiam sui reddebat. Extat denique eius ad lacedemonios scripta de catholica fide epistola in qua et de pace atque unanimitate florētissime edocet. Et ad alia athenienses: in qua ad euangelii credulitatem inuitat/ et cōcitat seniores: simul et arguit quosdam/ velut pene prolapsos a fide: cum episcopus eorum Publius fuisset martyrio cōsuetus. Sed et quadrati qui publico martyri successerat in sacerdotio meminit: simul et memorat / quod labore eius et industria/ reddiuuus quidam in eis calor fidei reparatus sit. Et illud in eadem designat epistola/ quod dionysius Ariopagites qui ab apostolo paulo instructus credidit christo: secundum ea que in apostolorum actibus designant: primus apud athenas ab eodem apostolo episcopus fuerit ordinatus. Fertur et alia eius epistola ad nicomedienses: in qua heresim marcionis impugnat: et ecclesiastice fidei regulam mirabili ratione constituit. Scribit et aliam ecclesie gortinensium: ceterisque simul ecclesiis crete: in qua episcopum ipsorum Philipphum/ velut magnis virtutibus et optimis studiis preeditum pretestatur. Dicit autem ab hereticorum conuiuio abstinendum. Scribit et aliam ecclesie amastrenorum: ceterisque cum ea pontic ecclesiis: in qua bachilidis et helpirti meminit: tanquam qui eum cohortati sint ad scribendum. Et multa in ea ex diuinis scripturis explanat: simulque episcopi eorum mentionem facit nomine palme. Sed et de nuptiis et castitate plurima commemorat. Et ex quoque lapsu resurgentes et conuertentes se a peccato/ etiam si ab heretica peruersitate resiliant suscipi iubet. Coniungit et his alia eius epistola ad gnosios: in qua comonet et deprecatur episcopum eorum Pynitum/ ne grauius onera discipulorum cervicibus superponat ne de fratribus necessitate compulsi castitatis indicat: in quo nonnullos periclitet infirmitas. Ad que rescribens pernitus dioni-

sio sententiam quidem consilium melioris amplectitur. Simulque obsecrat eum/ post illa que prius scripserat/ robustioris ias et validioris cibi decetero scripta transmittere: quibus ad meliorem profectum/ ecclesie sue populus aleretur: ne semper cibo lactis inherentes/ puulorum vitam in corpore iam senescere pducerent. Simulz recte fidei sue insignia/ et sollicitudinem quam erga curam plebis expendit/ eruditionisque ac sapientie et verbi diuini habere pistola pernitus nobis velut in quodam speculo viuente sui dereliquit ymaginem. Dionysii autem fertur et alia ad romanos/ data ad episcopum sotorem. In qua instituta antiquitus tradita/ in ecclesia romana custodiri illum libenter amplexum. his indicat verbis. A principio namque moris est inquit vobis/ oes fratres paruis iuuare beneficiis: multisque ecclesiis que sunt per diuersa terrarum loca/ cuncta quibus indigent destinare. Singulorum quoque necessitates in omnibus consolari. Sed et per metalla fratrum relegatis/ que plus poscit prebere. Hec ab initio romane ecclesie facere moris fuit a patribus sibi huiusmodi institutione dimissa/ et semper integre custodita. Beatus vero episcopus vester soter/ non solum seruauit que patres tradiderant: sed et auxit in melius. Qui non tantum sanctis que plus corporalis poscit impartit: perum et aduenientes fratres clementi satis et mitissimo consolatur alloquio: et tanquam piuum se ac religiosum patrem singulis exhibet. In hac ipsa scriptura/ meminit etiam epistole clementis ad corinthios scripte: significans veterem instituto et antiqua consuetudine semper ipsam epistolam lectam esse in ecclesia. Denique sic dicit beatam inquit duximus hodiernam dominicam diem: in qua legimus epistolam vestraram/ quam et semper ad nostri comonitionem legimus: sicut illam priores a clemente ad nos scriptam. Idem adhuc ipse de epistolis suis tanquam falsitatis a quibusdam/ describit. Epistolas enim quasdam fratribus rogantibus me scripsi: quas tamen apostoli sathane zizanias repleuerunt: quedam auferentes/ alia autem addentes. quibus per repositum est in iudicio dei. Quid autem mirum si



divina verba sancte scripture falsare conati sunt: qui vilia hec que nos scripsimus corruerunt. Fertur abuc et alia preter istas Dionisii ad Crisophoram fidelissimam sororem scripta: in qua convenientes vel sexul vel mesure eius rationabiles et divini verbi exhibuit dapes. Sed de dionisio satis sit dictum.

**Ca. xliii. de theophilo antiocheno episcopo**  
Theophili vero que antiochie episcopus supra diximus/ferunt tres institutionum libri ad Autolicum scripti. Et alius adversum heresim hermogenis: in quo et testimoniis utitur de revelatione Jobis. Sed et alii extant eius instructionum variarum libri. Igitur ea tempestate hereticis per omnem locum zizaniorum modo/pura verbi dei semina maculantibus/et areas apostolice doctrine adulterina admixtione fedantibus ex omni parte sacerdotes domini velut vigilantes agricolae/excitare eorum expurgare mala semina nitentur: et tanquam solliciti pastores/insidiantes lupos gregibus christi clamoribus simul insectationibusque repellere: commoneo fratres/instruendo/scribendo etiam longe positus. Ipsos quoque interdum sicubi coram deprehendissent cominus perurgendo: et verborum lucta ac disputationum certamine prosternendo. Alii etiam posteris consulentes/ questiones eorum et peruersas obiectiones/ editis commentariis confutando. Inter quos et theophilus (de quo nunc loquimur) non ignobili adversum eum id est adversum martionem/ indicatur ex iis que legimus disputatione congressus. Huic igitur/ septimus ab apostolis in Antiochene ecclesie sacerdotio maximus successit. Sed et philippus quem continens ecclesie episcopum supra diximus/ nobile etiam ipse monumentum adversum martionem dereliquit. Similiter et hyreneus magnificentiis aut ceteris modestus: qui omnes ipsius deceptions et fallacias resecto quo velabantur nequitie tegmine denudavit.

**Ca. xliiii. de melitone et eius scriptis.**  
Elito quoque Sardinis Antites ecclesie/ et apollinaris apud ierapo

lim ecclesiam regens/ celeberrimi inter ceteros habebantur. Qui et imperatori romano/apologeticos similiter libros pro nostra fide luculentissime conscriptos porrexerunt. Horum quanta relicta sint monumenta que ad nostram usque ad notitiam pervenerunt/ infra ostenditur: Melitonis de pascha libri duo. De optima conversatione liber unus Sed et de prophetis. De ecclesia. De die dominica. De fide bonis. De figmento. De obedientia fidei. De sensibus. De anima et corpore et mente. De lauacro. De veritate. Item de fide. De generatione christi. et de prophetia eius. Item de anima et corpore. De hospitalitate. Item liber qui dicitur clavis. De diabolo et revelatione iobis. De deo corpore iduto. Et post omnia liber ad antoninum verum. In libello suo de pascha/ tempus quoque quo scribebat insinuans ita dicit. Sub sergio iquit paulo proconsole asie/ quo in tempore sagaris martyrio coronatus est: questio ingens oborta est apud Laodiceam de pascha: quibus diebus hec scripsimus. Huic etiam ipsius libelli mentionem facit clemens Alexandrinus in opere suo/ ubi de pasche ratione scribit: quod se dicit ex occasione huius ipsius libelli qui amelitone prius editus fuerat scribere. In eo autem libro quem ad imperatorem scribit. talia quedam memorat illis temporibus adversum nos gesta. Quod nunquam inquit factum est/ nunc persecutionem patitur genus piorum. Effugantur undique novis decretis per omnem asiam promulgatis. Impudentes namque homines et callidissimi qui rapere aliena desiderant/ occasione accepta imperialium preceptorum/ more perdonum die noctuque grassantur et diripiunt innocentes. Et post aliquanta iterum dicit. Et si quidem te iubente hoc faciunt/ bonum credamus quicquid iusto impatore iubente committitur. Sed et nos libenter ferimus mortem quam a te cognoscimus irrogari. Sed hoc est solum quod te obsecramus: ut ipse prius ministros perveritatis huius requiras et si a te mandata sunt iste quas irrogat mortes/ ipse discutias. Si vero tuam quoque conscientiam preceptum istud tam inmane

et tam barbarū latet: obsecramus ne nos despicias/nec patiaris religiosos ciues tā publico patrocīnio iugulari. Et iterum post aliquāta addit etiā hec. Etenī philo-  
sophia hec qua nos vtimur/primo quidē flozebat apud Barbaros. Introdūta est autē etiā Romane vestre cōuersatiōi Augusti tēporib⁹. Ex quo ⁊ regni vestri sublimius culmē ascēdit/observantie hui⁹ auspitiis eleuatū. Cuius īperii feliciter p̄pagati/tu felix successor existis: ⁊ traditū tibi feliciter seruas vna cū filio. Propter qd ⁊ simul tibi cū īperio traditū nostre philosophie ritū/pari religione custodi: velut qui ingressu suo patribus tuis causā p̄spertatis intulerit: et fidē que cū ipsius Augusti felicitatib⁹ adoleuit/ītegrā tu quoq; nūc regnās illibatāq; cōserua. Quia nec ipsi Augusto in īgressu eius vel īprogressu trīste aliquid accidit. Sed ⁊ p̄trario leta oīa et oīa magnis successibus plena: obsecrātib⁹ deū sūmū/pro īperii eius statu religiois huiusce cultoribus. Nec quisquā p̄cipū/nisi nero solus ⁊ domitianus/nequā boīm suggestionibus/ aduersati sūt dogmati nostro. Ex quorū tēpore accidit nos falsis calūniis infamari. Sed illoꝝ errorem qui ex ignorātia venerat/emēdauēnt patres tui: qui frequētibus post modū decretis/aī aduerterūt ī eos qui auderēt molestie aliquid huiusmodi cultoribus irogare. In quibus auus tuus Adrianus/et ad alios quidē multos iudices/p̄cipue tamen ad fūdaniū p̄cōsulē asie/p̄ hoc litteras dedit. Pater vero tuus tecū pariter romanī regni apicē regēs/oībus quidē generaliter ciuitatibus/mariē tamē Adlarisseos/et ad Thessalonicēses. et ad Atheniēses/p̄ his mittit edicta. Teo ero multo magis eandē credimus seruare sententiā: imo ⁊ multo clementius cōfidim⁹ p̄ uisurū: tanq̄ qui vere philosophie ⁊ pure religionis amator existas. Nec et multa alia nobilit̄ ab eo scripta in libello de quo memorauimus īserūtur. ¶ In iis autē que de exptanacione scripturarū scribit/quasi in p̄fatione enumerat/que sūt volumina veteris testamēti que in canone debeāt ob-

seruari. Quā partē scripte/indere bis necessariū puto. Melito Onesimo fratri salutē. Quoniā quidē frequēter me rogasti pro studio quod habes erga verbū dei vt excerpam tibi testimonia ex lege ⁊ prophetis de saluatore ⁊ de fide nostra/simulq; iudicē/qui sit ordo vel numerus veteris testamēti voluminū: Postulata libēter expleui: sciens quod sit in te discendi studiū vel quanta fidei deuotio. et eterne vite desiderio nichil p̄ponis. Scias ergo p̄xerille me p̄sq; ad oriētis locū: vbi p̄dicatiōis nostre cepit exordium: ⁊ vbi gesta sunt illa oīa que legūtur scripta: ibiq; diligenter de oīb⁹ explorasse/que essent veteris testamēti volumina. Ibi igitur que cū oī inuestigatiōe cōperi hec sūt. Moyse libri quinq; Genesis. Exodus. Numerus. Leuiticus. Deuteronomiū. Tū deīde iesus naue. iudicū. Rut. Regnorū libri quattuor. Paralippomenō libri: ii. Psalmi dauid. Salomonis p̄ouerbīa sapientia: ecclesiastes. Cātica cāticorū. Job. Prophete autē Isaias. Hieremias. Duodeci p̄ibetay liber vnus. Daniel ⁊ Ezechiel. Esdras. Et his ergo ⁊ Eglogas tibi/id est excerpta testimonia ī sex libris digesta trāsmisi. De melitionis monimētis ista cōperimus.

Cap. xxv. de appollinare ⁊ eius scriptis.

Appollinaris vero cū multa a multis habeant ad nos tamē ista sūt que venerūt. Apologeticus liber ad predictū impatorē scriptus. Et aduersū paganos libri quinq;. De veritate libri duo. Et quos postmodum edidit aduersum Catagrigas: Hōtanum scilicet. et pseudo p̄phetas eius: qui tūc p̄rimūz deuiandi a recto itinere exordium sumpserant.

Ca. xxvi. de musano et beresi encratitarum et seuerianorum.

Ed et Musani cuius in p̄cedentibus fecim⁹ mētionē/ferē libellus multa elegātia script⁹ ad quosdā fratres qui declinauerāt ad beresim que dicit Encratitay/tūc nup̄ exortā Cui⁹ auctore extitisse tacionū sermo asserit: illo ip̄o de quo in superioribus memorauimus beato Iustino/testimoniūz dante: cuius cū et discā

## Libet

pulum ferunt. De quo tamē Hyreneus in primo libro cōtra hereses hoc refert. A Saturnino inquit et Martione descenderunt ii qui vocantur Encratite/nuptias refutantes: que adeo antiquitus institute sunt: et subtiliter accusantes illum qui ab initio masculū et feiam ad restitutionem humani generis fecit. Sed et ab aīalibus abstinentibus predicant: ingrati existentes deo/qui hec humanis vīlibus pcreavit.

**C**ōtradiciunt etiā primi hoīs salutē. Et hoc nunc inuentum est ab iīs quibus Tatianus quidē auctor extitit: et huiuscemodi blasphemias introduxit. qui fuit quidē auditor iustini: sed donec cum ipso fuit/nichil tale se scēire prodidit. Postea vero q̄ ille martyr effectus est/absidit se ab ecclesiis: doctoris arrogātia tumidus/et elatione nimia inflatus: tanq̄ q̄ se ceteris duceret meliorē: p̄prium mallens q̄ a veteribus traditum docendū institueret stilū: secula quedā inuisibilia secundū Valētinī fabulas introducēs. Nuptias autē et fornicationē corruptionēq̄/pari iudicās lege: similia Martioni Saturninoq̄ p̄firmās. De salute vero Adam indubiū deducēda nouis questiōibus p̄mentatur. Et paulo post idē Hyreneus addit etiam hec. Nō multo aut inquit post/Seuerus quidam supradicte heresi robur adiungens/fomēta maxima ei⁹ sectatorib⁹ prestitit: vnde magis Seueriani appellati sunt. qui vtūtur quidē lege et prophetis et euāgelis: s̄ propria quadā it̄pretatione scripturarū sensū peruertunt. Obtrectāt autem Paulo ap̄stolo/et refutant eius ep̄stolas. S̄ neq̄ actus ap̄stolorū suscipiunt. Verū tamen p̄ior eorū auctor Tatian⁹/collatōez quādam faciens euāgeliorū/nescio quomodo cōposuit euāgelium vnū ex quatuor: quod dyatesseron nominauit: qd̄ etiam nūc habet a multis. Dicit autē et nōnulla ex sermōib⁹ ap̄stoli p̄mutasse: tanq̄ q̄ emēbare velit ordinē p̄positionēq̄ v̄borū. Reliqt autē hic ip̄e ifinitū librorū nūerū. Sed ille quē dauersū gētes scripsit liber/ex oib⁹ scriptis ei⁹ p̄cipuus et valde vtilis p̄probat. Sed de his satis dictum

## Quintus

**C**ap. xvii. de bardesane et eius scriptis  
Et idē tp̄s inūeris heresibus vbi q̄ pullulātib⁹ et p̄cipue apud Mesopotamiā/ Bardesanes quidā vir disertissim⁹ in Siroz lingua et vebemēs dialecticus/aduersus Martionem aliosq̄/nōnullos dialogos scribit: quos p̄p̄ia lingua cōpositos edidit. Sed et plura alia ei⁹ extant volumina que discipuli ei⁹ i grecum vertere sermōem. Erat namq̄ ita potēs in verbo et doctrina/et indisp̄tationibus validus/vt plurimos et nobiles viros habuerit sectatores. Est et ei⁹ ad Antoninū de fato potentissimus dialogus. Sed et alia multa scripsit que satis vtilia et per necessaria/persecutionū que tunc erant temporib⁹ extitere. Ferunt autē hunc ip̄m fuisse primo de valētinī scola. Sed cū magistrum notasset erroris/et ineptas eius fabulas arguisset: visus est sibi ad meliores et rectas fidē sententiam conuertisse. Nec tamen ex integro veteruz errorum sordes maculamq̄ deposuit. Eisdem vero tēporibus etiam romane ecclesie Soter ep̄scopus viuendi finem fecit.

**E**xplīcit liber quartus.

**I**ncipit liber quintus.

Situr Soteri ep̄scopo octo annis in vrbe Roma sacerdotio ministrato/duodecimus ab ap̄stolis succedit Eleuterius /septimodecimo anno imperii Antonini veri. Quo in tēpore per multas romani orbis prouintiās ex acclamatōe et seditōe vulgi/persecutiones aduersum nostros dirissime cōcitate sunt: ita vt multa milia martyrum per loca singula fierent. Quod cōicere ex iīs facile possumus/que ad rerum gestarum memoriā conseruandam/litteris mandata repimus. Et quāuis de hoc plenior nobis narratio quam de singulorum martyriis prosecuti sumus suis titulis videatur exposita/que instructiōem pariter doctrine et scientie necessariam non minimam continet: tamen que etiam presenti operi cōpetere duxim⁹ pauca inserem⁹ emultis

Alii namque scriptores hystoriarum referant bella trophea victorias/magistratum ducumque fortia gesta concelebret: mortalesque civium aut hostium narrat/patriam/coniuges liberos/diversis cuncta cedibus confusa describat: Hoster hic sermo quia narratioez continet de iis que ad deum pertinent rebus: absurdum non erit si bella describat/que caro pro anime salute pressa est: et pugnas quas anima ut celestem patriam recuperaret cepit: si certamina eius referat que pro fide veritatis exegit: in quibus non adversum mortales milites/ sed adversum spirituales demones dimicavit: non pro liberis carnis/ sed pro spiritus libertate. Si inquam monumentis litterarum mandemus prelia que non pro terrarum spatiis/ nec prouinciarum possessionibus/ sed pro celorum regno et paradisi hereditate peracta sunt. Non regi mortali imperium quesitura/ sed ab immortali rege omnium deo/ triumphorum gloriam perceptura.

Cap. i. de persecutione in christianos sub antonino vero apud lugdunum et viennam.

A

Aliarum nobilissime urbes/ Lugdunensium civitas habetur et viennensium. Quas precipiti lapsu preterfuit rodanus/ nobilissimus fluviorum. In his que et quanta erga dei martyres gesta sint supra memoratis antonini veri temporibus/ descripta per ordinem ab eis ad ecclesias Asiae et frigie fidei relatione transmissa sunt. De quibus ut fides certior habeatur ipsa scriptorum exempla subiciam. Servi christi habitantes apud viennam et lugdunum gallie urbes/ fratribus omnibusque per asiam et frigiam eadem quam nos redemptoris christi fidem et speciem genuerunt/ par vobis et gratia et gloria a deo patre et christo iesu domino nostro. Et cum nonnulla velut in prefatione prosecuti viderentur: post aliquanta ita rerum gestarum ordiuntur initium. Tribulationis aiunt nostre magnitudinem/ et gentilius furorem/ quem sanctis martyribus intendunt/ sicut est enumerare: ne presentes quidem ipsi sufficimus: nedum scriptura comprehendere. Omnibus etenim viribus congregatis

est inimicus/ tanquam qui iam pro acerbitate persecutionis ad ientus sui ostentaret litia: et per hoc instrueret et informaret ministros suos/ adversus servos dei omne ministerium sceleris et crudelitatis expleret: ita ut primo domorum nobis prohiberetur habitatio. Tandem deinde usus balnearum. Post etiam processus ad publicum. Ad ultimum ne omnino in quolibet loco domi forisque publico privatoque videremur. Sed aderat dei gratia/ que fragiliores quosque nostrorum de manibus eorum eripiebat. Procedebant autem in medium mari stabilio res colonis: qui possent pro patientiam suam non solum ferre impetus quos cogitabat inimicus: sed et ultro expetere/ et sponte se omnibus vel opprobriorum vel tormentorum cruciatibus obiectare: et lacessentibus iam pene tortoribus/ ipsi et adhuc parum putare: pro eo quod moram sibi hanc esse quodammodo ad christum festinantibus crederent. Rebas fere ipsis et patientie virtute clamantes/ quia non sunt condigne passionibus huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Ferebant ergo fortiter acclamationes adversus se/ et probra atque iniurias populi/ et contumelias eorum laudes suas ducebant. Sed et verberari se ab eis ac lapidari/ et concludi patienter accipiebant: equanimiter suscipientes quicquid illud furentis vulgi excogitasset insania. Denique quodam tempore astate tribuno et prioribus civitatis/ pro solis acclamationibus populi/ conceptis et in carcere trahi sunt fratres/ usque ad presentiam presidis: cuique adveniendi offeruntur. In quos ille tanta crudelitate usus est/ ut servitute eius spes singulas nemo possit exponere. Electus igitur pagathus unus ex fratribus/ qui et in deum perfectam caritatem et in homines integram custodiret/ cuius vltima cum esset adolescens/ ita erat examinata omnibus et probata: ut etiam gravissimis senibus preferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Ad obsequia quoque servorum dei promptissimus erat. Is cum zelo diuino et fervore spiritus plenus/ itaque crudelia servorum dei supplicia videret

## Liber

ret inferri / z cōtra ius fasqz tot penas hu-  
manis visceribus excogitari indignitatē  
rei vltra nō ferens / poscit se audiri pro ci-  
uibus optimis / quibus nichil impietatis cō-  
missū pbari poterat locuturū. Erat em̄ z  
nobilissimus inter suos / z eruditissim⁹. Ve-  
rum cū defensionē eius nō reciperet obsti-  
natio iudicis: inquiri tantū ab eo / si esset  
et ipse christianus. Atqz christianū se esse  
clarissima z libera voce testatus est / tanq̄  
aduocat⁹ inquit christianorū z ipse p̄incto-  
rum numero societur. Sed in hoc illi qui-  
dem qd dicerent ignorabant. Ille vero ha-  
bens in se aduocatū pro nobis Iesum / hoc  
nomine meruit honorari: sancti presbiteri  
zacharie / q̄ erga sanctos plenitudinē cari-  
tatis ostenderat secutus exemplū. Qui z  
ipse dū fratribus adest: z defensionē liber-  
tatis que in nostra religione cōsistit ex-  
quiritur: dominicū secutus exemplū aīam  
suam pro ouibus suis posuit z pro amicis  
Et ideo cū hoc pariter velut discipuli fide-  
les christi / in regno v̄turo sequētur aguū  
quocūqz vadit. His igit optimis z fidelis-  
simis ducibus vsus omnis reliquus sancto-  
rum chorus / prompti z alacres aīas suas  
pro fidei libertate ponebāt. Aliqui autē  
impares z infirmiores inuenti / z ad illate  
persecutionis euehendū pondus iualidi-  
becem ferme numero / lapsu suo luctū no-  
bis z ingentē tristitiā reliquerūt: z multos  
aīos quos priorū fides accēderat infrege-  
rūt. Unde z om̄s valde perterriti sumus:  
non propter tormēta que crudelius vide-  
bantur inferri: sed pro exitu confessionis  
incerto quia multo nos grauius lapsus  
nostroz q̄ ea que inferebant tormēta cru-  
ciabant. Comprehendebātur tamē quot-  
tidie quos dignos dominus iudicabat in  
lapsoz numerū subrogari: ita vt ex vtraqz  
ecclesia oēs qui studiosi z magni videban-  
tur / et quoz labore z industria regebātur  
eccle / vniuersi pariter tenerentur. Accidit  
autē etiā seruos comprehendi quorūdam  
ex nostris paganos: qm̄ quidē publice ius-  
sus fuerat requiri om̄s z teneri. Quiqz de-  
monis istinctu / cū tormēta pertimescerēt

## Quintus

que inferri sc̄tis videbant: monentibus se  
in hoc ipz militibus quibus ita fuerat pre-  
ceptum / cōmentū sunt aduersū nos / velut  
thiesteas cenas z incesta edippia perpetrā-  
tes: z alia q̄ nec ploqui aut cogitare nobis  
fas ēiet q̄lia ne credere quidē possum⁹ ali-  
quando apud hoīes gesta. Que cū de no-  
bis diffamata fuisset i vulgus: horrori ma-  
ximo et execrationi apud oēs hoīes esse ce-  
pimus: etiam apud eos qui pri⁹ aliqd mo-  
derationis erga nos seruandū esse cēsebāt  
Et om̄s simul fremere aduersuz christia-  
nos / atqz insanabili odio furere ceperūt  
Tūc vidimus cōpleri illud quod a dom̄o  
dictū est: quia veniet tēpus. i quo oīs q̄ oc-  
ciderit vos putet se obsequiū offerre deo.  
Post hec iā supra omē narrationis ge-  
nus est supplicioz z cruciatuū modus qui  
sanctis martyribus inferebātur perurgen-  
te sathana: quo sc̄licet etiā illoz cōfessioe  
tale aliqd elicere a nobis esse cōmissuz: i  
quo oēs pari atqz eodē furore persistebāt  
vulgus / iudex / officii milites pe. urgētes  
precipue sanctū noīe / quēdā dyachonū piē-  
nensem / z maturū neofitū quidē: sed in fi-  
de z patientia robustissimū. Sed et attalū  
pergamenū ciuē: qui colūnaz firmamētū  
ecclesie nostre in oibus fuit: et blādina fe-  
minā: p̄ quā christus ostendit / quia ea que  
apud hoīes despecta sūt / z cōtēptū habē-  
tur / in magna gloria apud deū ducūt: z q̄  
caritas eius / q̄ fragilia sūt p̄ naturā per  
gratiā facit esse firmissima. Luz em̄ om̄s  
nos de ea trepidarem⁹ / sed z ipsa: ei⁹ carna-  
lis dñā / que erat ex numero martyru / pe-  
rere / ne forte blandina cederet in tormen-  
tis: z pro debilitate corporis vix ad prime  
cōfessionis tormenta sufficeret: tanta tol-  
lerantie virtute firmata est: vt resoluēret  
prius z cōciderent carnificū manus / q̄ sibi  
pro p̄tentiosa iudicis animositate inuicē  
succedebāt. Deniqz a prima luce vsqz ad  
vesperā tormēta semp̄ innouātes / ad vlti-  
mū victos se cōfitebatur: stupentes quomō-  
in ea sp̄ritus p̄maneret: cū nichil iā ex cor-  
pore / p̄ supplicia resedisset. Sed illa vere  
beata (vt postmodū nobis ipsa disseruit)

quotiens voce confessionis emisit / et christiana sum proclauit: toeiens noue vires corpori reddebant tanquam ablutis per confessionem doloribus / instaurabant recitior ad agones. Eoq; quo magis intellexerat quod vox pia sensu doloris extigueret / septimo et alacris christiana sum et nichil apud nos mali geritur proclamabat. ¶ Diaconus quoque sancto nomine / etiam ipse supra quod dici potest / et supra quod humana fas erat ferre naturam / acius insistentibus ministris demonum / quo aliquid ab eo elicere possent confessionis illicite / noua penarum genera pertulit: et que longe substantiam humane conditionis excederent. At ille vir deo plenus / intantum crudelitates eorum risit / et ferinam in questione seuitiaz: ut nunquam dignatus sit vel quod esset genere / unde domo / vel patria / vel nomen saltem suum eis fateri. Sed de his singulis interrogatus nichil aliud in omnibus tormentis / nisi christianum se esse respondit. Hoc michi nomen: hoc genus et patria est: Aliud inquit omnino nichil sum / quam christianus. Unde et incredibilis eos agitabat insania: quod tantis penarum generibus consumptis / extorque re ei nec professionem quidem proprii vocabuli potuissent. Ad ultimum cadentes laminas eris et ferri erga ignis loca / et delicatiora queque membrorum instauratis ignibus adhibent: ex quo carnes quidem eius a duste igni defluebant. Ipse vero permanebat immobilis / inconcussus / intrepidus / celestibus eternisque fortibus qui procedunt de ventre iesu / humanas in se temperans flamas. Verumtamen membris omnibus martyr erat: et toto corpore vnum vulnus horrebat. Derisit in eo humane forme agnitio: et non solum quis esset / sed et quid esset tormentorum crudelitas ne agnosci posset abstulerat. Christus tamen in eo solus per martyrii gloriarum recognoscebatur: qui per eius patientiam destruebat aduersarias potestates: et suos milites per tolerantie roborabat exemplis: ostendens omnibus / quia nichil terribile est ubi diligitur pater: nil doloris est ubi fides christi est. Sed artifices scelerum nequaquam martyris erubere virtutem. Post

pauco etiam dies / considerantes quod si tormentibus adhuc vulneribus / que indignarentur etiam admollissimum manus tactum / tormenta rursus inferrent / et denuo membra iam putrefacta perarant: Unum eduoque fore / aut in sua eum impietatis iura cessurum: aut si in tormentis animam posuisset / terrorem crudelitatis et metum ceteris intetandum. Sed hoc longe contra quod impii cogitauerunt cessit. Nam quod vix credi ab infidelibus potest restitutum est in prima specie corpus per scanda tormenta. Et officia membrorum que abstulerat prima crudelitas: secunda reparauit: ita ut iterata supplicia non ei iam penam contulerit / sed medelam. ¶ Sed et blandina quam paulo ante memorauimus / simili exemplo ad supplicia secunda reuocat. Que cum semiuua pene et in mortis quodam confinio posita / iteratis fuisset pulsata cruciatibus: velut esomno quodam subito euigilans / in memoriam future beatitudinis venit: et voce constanti tanquam de excelso edito contionaretur ad populum: Multum inquit erratis ouiri / quod putatis infantum visceribus vesca eos / que ne mutorum quidem animalium carnibus utitur. Et sic in confessione perduras iterum numero martyrum sociata retruditur.

#### Capitulum .ii. de eodem.

Ed postea quod per beatorum martyrum patientiam / tyrannica euanere supplicia: aliis rursus dyabolus machinis oppugnare parat famulos dei. quo scilicet afflictione carceris et penali squa!ore consumpti / ac septimo ut dicunt puncto in nervo pedes contra quod credi fas est distenti / in intimo tenebrarum loco per omnia penarum genera que furentium seuitia excogitare poterat / deperirent. Quamplurimi ergo hoc genere in ergastulis consumuntur: domino suscipiente eorum huiuscemodi exitum: quibus nec ibi defuit diuine maiestatis auxilium. Aliquam etiam ex illis qui seuisissima tormenta pertulerant / nec humane aliquid medele promissi sunt cosequi: mirum in modum virtute domini conualescere / et subitam mentis alacritatem / ac despe-

## Libet

ratu in corporis robur recuperare ceperunt ita ut cohortatione sua/ceteros ad patientiam confirmarent. qui impatientes erant penarum Illi autem magis quam nuper fuerant correpti/et quorum corpora nondum tormenta solidaauerant/illi denique erant qui pedoris horrore et conclusionis tenebris necabant. **¶** Verum beati Iovini lugdunensis episcopi gloriosam martyrii confessionem/fas non est silentio preterire. Qui cum nonagenario maior esset:etate et corpore/ut pote illius cui invalidus/cetera pene iam mortuus/solo martyrii amore vivebat. Ducitur autem ad tribunalia/imo potius defertur/senio et languore resolutus. Cuius adhuc solum animam servabatur/ut christus pro eam magnificentiis in fragili corpore triumpharet. Statuitur iterum senior pro tribunalibus:ipse plebis undique clamor attollitur. hunc ipsius esse insonant christianum. Tum vero a presidente interrogatus/quis nam esset christianorum deus. Respondit: Si dignus fueris scies. Hinc vero cunctos velut rabies immani cuiusdam furoris inuasit:ita ut qui prope astabant/pugnis.alii calcibus subigerent senem.nec etati nec gravitati aliquid reverentiae deferentes. Illi autem qui longius erant/quicquid furentibus telli venisset in manus/eminenti iaciebant:ita ut unusquisque summi sibi esse delicti duceret/si aliquid in senem sceleris non intulisset. In hoc enim vindicandos deos suos esse credebant. Quae cum se minime prolecessissent in carcerem:incontaminatus paulo post spiritum reddidit. **¶** Per idem tempus imensa quaedam dei dispensatio procuratur:et misericordia ex insperato/christi domini arte conquiritur:quod nunquam fere prius a persecutoribus gestum meminimus. Deus enim ille qui primo comprehensi negauerant fidem/correpti traduntur in carcerem. Et quo infelicitibus ne solam quidem penam prestaret exitum:non quasi christiani ius/sed tanquam hominide et incesti detinebant:babentes miseram duplicem penam. Quam quidem ceterorum supplicia mitigabat spes et corona martyrii. Christi quoque caritas et sancti spiritus gratia releuabat afflictos. Istos autem ipsis penalibus

## Quintas

catenis et pondere carceris grauius conscientia cruciabat:ita ut vultu ipso et aspectu discernere a ceteris:quod illi producebant de suppliciis leti. Et diuinum quid nescio in ipsis vultibus preferentes/vincula sua monilia preciosa ducebant:per squalorem carceris christi bonus odor effecti:ita ut viderentur sibi non in ergastulo/sed in miro odore thecae conclusi. At illi alii/tristes:demersis ipsis quoque conspectibus horridi:et omni turpitudinis deformitate fediores:sed et ipsis gentilibus in multo opprobrio expositi erant:tanquam degeneres et ignaui qui fidem perdidissent et crimen inuenerint. Et qui christianorum quidem nomine caruerint/homicidarum tamen penas non effugerint. Quae cum ita geri viderent ceteri:incredibiliter corroborati sunt:ita ut comprehensi absque animi nutatione constanter nichil aliud quam christianos se esse faterent. **¶** Et cum quaedam in his locis fuissent longius prosecuti:post aliquanta iterum haec subiungunt. Post haec iam per diuersas spes martyrii/eorum velut coronam quandam variis floribus compositam dominus christus interens offerebat patri:ut ab eo velut victores magni agonis/remunerationem eternorum sumerent premiorum. Nam maturus et sanctus et blandina et attalus/munere diebus/innumeris milibus gentium diuersarum ad spectaculum congregatis/statuunt in medio arene. Et rursus maturus cum sancto/tanquam nichil prius gestum fuisset:ad omnia tormentorum et verberum genera renouant/certatibus omnimodis aduersariis/quatenus eorum patientiam frangerent:et ab ipso ut ita dicam vertice/coronas eorum diriperent:insanis populi vocibus instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes vicine iam glorie/quam sibi iam iamque manu contingere contrectare dexteris videbantur. Cumque et suppliciorum genera/et spectaculorum iam pene tempus fuisset absumptum:nec moueri ullatenus a sententia valuisset:cum etiam selle ferreae superpositi/consumpta verberibus carnem ignis subter ministratus exureret.

Ad illi: multum infatigabiles martyrum spiritus /  
ferro cesis ceruicibus effugati ut. Blandi-  
na rei oreligata ad stipitem / atque in crucis  
modum distenta / bestis pabulum preparat.  
Que tamen in ligno pendens / vultu in-  
territo / et satis leto orationem fundebat ad  
dominum: qua et sibi constantiam / et ceteris ago-  
nis sui consortibus perseverantiam precaret.  
Et facile vota sperabat implenda: que pro-  
priis inuabat exemplis. Simul et illud edo-  
cens / quod passionum christi consortibus certum sit /  
etiam glorie eius donanda esse consortia. Sed  
cum nulla ex bestis corpus eius auderet  
contingere: deposita de ligno rursus reuo-  
catur ad carcerem / aliis adhuc agonibus  
preparanda: ut per multas victorias caput  
quidem tortuosi serpentis attereret: fratrum  
vero animos ad tolerantiam concitaret: per hoc  
quod ipsa in paruo et fragili corpore tot cer-  
taminibus permaneret inuicta: et per sin-  
gulos agones discederet coronata.

Cap. iiii. de eodem.

Talus quoque populi vocibus postu-  
latur. Erat enim valde nobilis. Et  
quod cunctis nobilius est / vir optime con-  
scientie: et in fide christi per omnia exercitia se  
per martyr. Cumque circumactus fuisset in  
amphitheatrum / titulo se precedente in quo  
scriptum erat / Attalus christianus: fremere  
in eum vulgi insanientis furor vehementi-  
us cepit. Sed cum presidi indicatum fuisset es-  
se eum romane civitatis virum / iubet eum cum ce-  
teris in carcerem recipi: simul et ad cesarem  
refert: eiusque sententiam quid deo iuberet ex-  
pectat. Verum inter moras positum in carce-  
re / non infructuosum sibi tempus transire pa-  
tiunt: sed vigore animi et alacritate fidei  
sue / eos qui infirmiores videbantur anima-  
bant. Et ipsi non dum martyres / cohortatio-  
nibus suis martyres plurimos faciebant.  
Ex quo magnus gaudium patri nascebat  
ecclesie: videnti suos filios / qui pene iam  
decidisse in mortem videbantur: per hos re-  
parari ad vitam: et monitis eorum multi qui  
iam negando velut abortivum quoddam effecti  
fuerant / quasi iterum parturiebantur et christi

stus in eis iterum formabatur. Docebat enim  
enim ab his quia deus non vult mortem  
peccatoris / sed ut convertatur et vivat. Igitur  
cum a cesare rescriptum fuisset / ut peris-  
tentes quidem punirentur / negantes autem  
dimitterentur: die quodam celeberrimo / in  
quo ex omnibus provinciis coeuntes / nu-  
dinas apud nos agere solent: in ipso frequen-  
tissimo conventu tribunal ascendens / prepa-  
rari sibi iudex christianos / et introduci ad  
suppliciorum pompam prebendam cunctis  
qui aderant iubet. Rursum itaque cruce-  
rursus pene / rursus tormenta reparatur. Et  
si qui forte ciues romani reperi sunt: hos ple-  
ti capite decernit. Ceteros vero bestis  
tradi. Ingens tamen ab omnibus gloria christi  
conferabatur pro iis qui ante negauerant  
et dimitti neque negantes potuerant. Hinc  
vero cum negantibus venia prestaretur / in con-  
fessione persisteret: et de perditionis grege re-  
uocati / in numero martyrum iungerentur.  
¶ Igitur cum erga supradictos questio ha-  
beret: Alexander quidam genere frigus / medi-  
cus disciplina / vir religiosus et prudens /  
et vite ac morum probitate cunctis carus ac-  
ceptusque: amore dei peritatus / cum assisteret  
tribunali / iuribus hortabatur ad confessionem  
ne eos in quos questio agebat ita ut omnibus  
quod astabant palam fieret quod animo gereret. Cumque  
id populi notauissent / indignantes maxime  
pro iis qui quod prius negauerant / rediens  
ua nunc confessione reuocabant / conclamau-  
erunt aduersum alexandri: nec ipso instigante  
committi. Qui iussus a preside in medium  
statui / et quis esset interrogatus / christia-  
num se esse libera professione testatur. Quem  
continuo proparandum bestis condema-  
uit. Et postera die simul cum Attalo produ-  
citur. Quem contra preceptum cesaris gra-  
tificari populis volens etiam ipsum tra-  
di bestis iussit. Sed cum ferarum nulla san-  
ctorum corpora contigisset: omnibus eos  
erberum ceterarumque penarum suppli-  
cis cruciatus / ad ultimum in conspectu po-  
puli in medio arene iugulari iubet. Deas-  
to alexandro in omnibus quas prope est peris-  
tente penam quidem penitentem proferente sermonem: sed



## Libet

ab initio usque ad finem infra semetipsum semper cum deo loquente: et in laudibus eius ac precibus permanente. Atque vero cum prunis subter subiectis in sella ferrea torretur: cumque nidor aduste carnis ad nares et ora inspectantis populi prefferretur: voce magna exclamabat ad plebem: Ecce hoc est homines comedere: quod facitis vos. Quid a nobis velut occultum inquiritis facinus: quod vos aperta luce committitis? Nos enim neque comedimus homines: neque aliud quod mali agimus. Et cum interrogaret quod nomen haberet deus: respondit: Qui plures sunt nominibus discernuntur. Qui unus est non indiget nomine. Post hos nouissimo iam nudinax die: Bandina rursus iduat cum pontico anno. xv. ferre puero. Quibus et priorum cruciatibus iussi fuerant semper astare: quo magis ceterorum videntes supplicia: terrerentur. Statuuntur ergo in medium: iubentur iurare per deos. Illi vero contrario nullos esse aiebant istos per quos iurare cogentur. Cumque aliis quam pluribus verbis exprobrarent gentium deos: insanire magis in eos cepit populi multitudo: neque teneram pueri etatem neque sexum femine miserantes. sed per omnia tormetorum genera quasi quodam eos circulo peragentes: nichil deesse penis patiebantur: quas crudelitas inuenisset. Tunc ponticus maximus patientie robur materna cohortatione suscipiens: et perseverans in confessione fidei: impollutum spiritum reddidit. Beata vero blandia ultima omnium: velut omnium nobilis mater: permittit martirii ad coronam filios: insequi iam secunda festinat: exultans et iuans velut ad thalamum sponsi inuitata et ad nuptiale conuiuium. Ex quo fiebat ut in verbis tripudicaret. et craticulis exusta gauderet: ac tam hilaris videretur et leta: tanquam si inter dapes regias accubaret. Post hec ad bestias traditur: sed ab his intacta perdurat. Inde etiam aliud excogitatur crudelitatis genus: ut reti constricta / obiceretur tauro ferociter instigato. A quo cum fuisset innumeris ictibus lacessita: et toto arene ambitu iactata: nichil penitus leditur: sed permanet leto ut semper vultu: mente constanti

## Quintus

spe ipsa et animi presumptione cum christo iam colloquens. Ad ultimum iugulari gladio iubetur. Stupentibus ipsis etiam ipsius: et dicentibus: quod nunquam fuerit femina que tanta ac talia ferre potuerit. Sed nec sic quidem satietatem aliquam capere crudelitas quiviit. Antiqui etenim serpentis virulentia concitati feri ac barbari mores: mansuescere nesciebant. Ex ipsa quippe sanctorum patientia: seuior eis contentionis rabies accendebatur. Et velut pudore quodam fatigabatur: quod maior inesset cruciatibus quam cruciatibus viris. Et ex hoc ad nefanda odia iudex simul instigabatur et populus: ut scriptura compleret que dicit: iniquus adhuc inique agat: et iniustus adhuc faciat iniusta. Igitur inaudito seuitie genere: eorum qui necabantur in carcere corpora: canibus iuebantur exponi: adhibita simul custodia die noctuque: ne qui collectas reliquias humanitatis intuitu traderet sepulture. Sed si quid forte vel bestis vel igni reliquum ex corporibus martyrum fuerat: ipsa cum truncis suis capita punitorum insepulta per custodiam militum seruabatur. Et querebatur si quid ultra posset humana crudelitas: etiam in eos que iam vite huius lumen exceperant. Exultabant tamen gentes magnificantes simulacra sua: quorum virtute datam in illos vindictam dicebant. Si qui vero iter ipsos paulo mitior vel humanior videbatur: ubi nunc est aiebat deus eorum. Et quod eis profuit ista religio: pro qua etiam animas posuerunt. Igitur apud illos erat varium illud insulatationis genus: Apud nos vero ingenus luctus habebatur: precipue quod non possemus corpora humi tradere. Quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc oportunitas prebebat. Neque muneribus suadere custodes: neque precibus aut villo alio genere copia erat: ita attente et sollicitate curabant ne darent extremis ossibus sepultura. Post aliquot autem dies cum nullam sepeliendi gratiam prestitissent: incensa ossa martyrum et in fauillam redacta: cum reliquo terre puluere in rodanum fluvium disperere: ne usque eorum reliquie residerent. Quasi vero hoc agentes deum vincerent: et sicut dicebant:

spem eis per hęc resurrectionis adimerēt. Sperantes enim aiebant de sepulchris quādoq; se esse resurrecturos: idcirco noua nescio qua persuadente sibi superstitione leti se tormētis mortibusq; subiciūt. Hūc videamus si resurgent. et si potest eis adesse deus eorum. et eripere eos de manibus nostris. Hęc sunt que illis temporibus gesta ex epistola fratrum lugdunensium declaratur. Ex quibus quid etiam per ceteras pro uincias geri potuerit/ coniectura capiēdū est. ¶ Referuntur adhuc in ipsa epistola quedam etiam de humilitate et mansuetudine beatorum martyrum: que dignū puto ad hęc suis sermonibus sicut cetera sociari. Quiq; aiunt ad imitationem christi (quod cū in forma dei esset non rapinā arbitrat⁹ est esse se equalem deo) in tanta gloria positi et semel et iterum ac frequētius martyres facti/ post bestias/ post ignes et lamias neq; se ipsi martyres dicebant/ neq; aliis ita se appellandis indulgebant. Sed si forte aliquis nostrū/ vel in epistola vel in sermone eos martyres nominasset: increpabant acius/ dicentes: quod hęc appellatio soli christo debetur: qui solus ueritatis fidelis est martyr: et qui primogenitus est ex mortuis: et auctor uite eterne. Vel certe illis solis aptū hoc esse uocabulum: qui post bonam confessionē discedere de hac uita/ et pergere meruerunt ad deum. Nos autem aiebant humiles et egeni/ optamus ut ipsa saltem in nobis cōfessio tuta permaneat. In quo etiam ceteros fratres cū lacrimis obsecrabant/ ut pro eis dominū precarentur: quo perfecte confessionis signaculum martyriū mererentur accipere. Et tanta in eis humilitas erat: ut cum rebus ipsis essent martyres/ nominis tamen iactantiam fugerent. Apud gentiles uero cum omni fiducia consistebant: nobilitatē anime per contemptum iniurie et suppliciorum patientiam/ demonstrantes. Erant ergo inter fratres humiles/ inter persecutores elati: suis mites/ aduersariis terribiles. Christo subiecti/ diabolo erecti. Humilia

bant se sub potentissima manu dei: per quā nunc sublimius exaltati sunt. Placabant omnes: accusabāt neminem. Soluebant cunctos: ligabant nullū. Orabant etiam pro persecutoribus suis: preces sermone sancti Stephani primi martyris et dicentis: domine ne statuas illis hoc peccatum. Aduersū quos eo uehementiora dyabolus prelia concitabat: quo per nimiam caritatē/ quā habebāt in christo iesu/ etiam eos qui lapsi fuerant/ et quos iam se immanis illa bestia absorbuisse crediderat/ rursus uiuos de internis eius uisceribus educabant: et uelut matres erga puulos suos/ ita erga eos totis profusis miserationū precibus inherebant. omnipotenti deo effundentes pro ipsis fontes ac flumina lacrimarū. uitam petebant eis a deo: et tribuebatur eis. Hęc sibi gratum iter ducebant eundi ad dominū/ uel letam putabāt martyriū fore coronam: si partem membrorum suorum de ecclesiis raptam/ uelut spolia quedam detentari a dyabolo permisisset. Super omnia autem pacem et ipsi diligebant: et nobis seruare mandabant. Hęc aliam sibi nisi per pacem uiam ad martyrium construebant: cauentes ne ullam post se dissensionem fratribus: ne ecclesie matri mesticiam derelinquerent: sed pacem semper habendam/ pacem fratribus custodiendam/ et caritatem precipue tenendam/ que est unitatis et concordie uinculum commonebant. Hęc non inutiliter ut opinor a nobis ad edificationem legentium memorie tradita sunt: que ex tantorum uiuorum auctoritate descendunt: propter eos qui tumidi et inflati aduersum fratres feruntur. et si forte titubauerint/ miserationum christi uiscera ab eis putant penitus excludenda. ¶ Refertur adhuc in eadem scriptura et alia narratio: quam cognitionis causa his inserere dignum putauī. Alcibiades quidam erat in numero eorum qui pro christo uincti tenebantur. Hic uitam satis arduam et austeram gerebat. nichil cibi uolens accipere: sed tantum sale et pane cum aqua

ptebatur. Cumq; hunc vite rigorem vel  
letetia; in carcere positus obtinere: Atta-  
lo post primam confessionem suam quas  
in amphiteatro confessus est reuelatur/qz  
non recte faceret Alcibiades / creaturis  
dei et ipse non pti: et aliis forma scandali  
derelinquere. Quibus cognitis/alchibia-  
des cepit omnia cum gratiarum actione  
percipere. Quia que illi reuelabat spiritus  
vt doceret: et huic vt sequeretur idem spiri-  
tus persuadebat. Sed de his finis sit. Igi-  
tur montanusz alchibiades et theodotus  
in Frigie partibus tunc primum apud q  
plurimos in propbetarum opinionem ve-  
nerunt. Et quia per illud adhuc tempus  
multe etiam alie virtutes et gratie i diuer-  
sis ecclesiis per donum sancti spiritus mi-  
nistrabantur: facile accommodata est fi-  
des/etiam his potuisse propbetie gratiam  
dari. Cumq; plurima inter fratres dissen-  
sio fuisset exorta: rursus ecclesie galliaru  
iudicium suum. z sententia; de his quoq;  
cum omni reuerentia et recte fidei exposi-  
tione decernunt: epistolas martyrum qui  
apud eos consummati fuerant proferentes  
quas illi in vinculis positi/per asia et fri-  
giam fratribus consistentibus scripserat  
et eleutherio vrbis rome episcopo / de pa-  
ce eum ecclesie commonentes. Quiq;  
etiam byreneum tunc adhuc ecclesie lugdu-  
nensis presbiteru supradicto vrbis rome epi-  
scopo eleutherio/commendabat/testimo-  
nium vite eius perhibentes: sicut ipsorum  
etiam voces que infra scribuntur osten-  
dunt.

**Capitulum. liii. martyres byreneu eleu-  
therio comendant.**

Alere te in deo iterum z semp opta-  
mus pater eleutheri. Rogauimus  
fratre et socium nostru byreneum. hec tibi  
scripta deferre. Quem deprecamur vt ha-  
beas comendatum. Emulator nanq; est

testamenti christi. Scimus enim q solus  
officii gradus non facit aliquem iustum  
quo tamen iste recte ptiatur i presbiterio: sz  
plus eum ex vite merito commendamus.  
Enumerat etiam post hec diuersoru mar-  
tyrum glorias: quanti ferro celi/quanti be-  
stis/quanti ignibus/quanti etiam squa-  
lore carceris absumpti sunt. Que si quis  
vult plenius noscere/ipsas ex integra re-  
quirat epistolas.

**Capitulum. v. q gentiliu exercitum si-  
ti periclitantem milites christiani pluuia  
a dno precibus ipetrata saluant.**

Situr antonini temporibus/qui-  
bus hec gesta referuntur: Marcu  
aurelium fratrem eius cesarem/bella infe-  
rentem germanis ac sarmatis/tradit by-  
storie cu siti eius periclitaretur exercitus/  
estuans et querentem quid facto opus  
esset / reperisse in legione quosdam mili-  
tes christianos. Quibus vt nostris moris  
est flexis genibus deprecantibus/exaudisse  
deum deprecationes eorum. Et subito con-  
tra omnium spem/largissimis ymbribus  
profusis/exercitus quidem periclitantis  
pro quo orauerant christiani sitim sedata:  
hostes vero qui sazeicialiter imminebat/  
fulminibus crebris/et celis prolapsis igni-  
bus/effugatos. Quod factum refertur  
quidem et ab bystoricis gentiliu. Sed  
quia nostrorum orationibus impetratum  
sit/non refertur: quippe apud quos etiam  
cetera miracula que a nostris igesta sunt/  
non habent fidem. Naztorum vero z ter-  
tullianus hoc memorat: et apud grecos apol-  
linaris. Qui etiam ipsam legionem pro-  
insignis facti miraculo/mutato nomine  
vocitatum dicit ab Imperatore Fulmi-  
neam. Tertulianus vero Marcu impe-  
ratoris epistolas etiam nunc haberi di-  
cit: quibus de his apertius indicatur.

Sed nos iam ex hoc ad hystorie ordinē re-  
deamus. ¶ Igit̃ Photino nonagesimopi-  
te sue anno cū ceteris gallie martyrib⁹ cō-  
sūmato: Hyreneus Lugdunēsis ecclesie  
suscepit sacerdotiū. Quē hyreneus Polī-  
carpi auditorē fuisse in pueritia cōperim⁹  
¶ Hic in tertio aduersū hereses libro/ Eleu-  
theri episcopi tēporibus (que tēpora nunc  
habemus in manibus) scribere se opus il-  
lud indicat his verbis.

¶ Ca. vi. de successiōe episcopoz romāoz.

¶ Andata igitur et edificata ecclesia/  
beati apostoli Lino officiū episcopa-  
tus iniūgunt. Cuius Lini Paulus in epi-  
stola ad Timotheū meminit. Huic succe-  
dit Anacletus. Postq̃ tertio loco episcopa-  
tum suscepit Clemēs. Hic autē cū beatis  
apostolis fuit: et cū ipsis vitā semp̃ exegit:  
atq; ab ipsis institutus/ recentem gerebat  
traditionis eoz memoriam: et p̃dicationis  
eoz formā semp̃ habebat in oculis. Sub  
hoc ergo Clemēte/ seditio nō modica exor-  
ta est apud corinthū inter fratres: ita vt ex  
persona romane ecclesie. scriberet ipse cle-  
mens ad corinthios epistolā necessariam:  
que eos reuocaret in pacē: et fidē eoz que  
cōcussa fuerat renouaret: exprimēs in ea  
apostolorū traditionē/ quē nup̃ ab eis ip̃e  
suscepat. Et post aliquāta iterū dicit. huic  
autē clemēti successit euarist⁹. Et euanisto  
alexander. Et post hūc sextus ab aposto-  
lis ordinatur sixtus. Postq̃ Telesphorus  
qui et illustre martyriū duxit. Post hunc  
hyginus. Deinde pius. Postq̃ Anicetus  
Huic successit sother. qui nūc duodecimo  
loco ab apostolis episcopatus obtinet sor-  
tem: et easdē quas apostoli tradiderūt p̃-  
dicationes diuine fidei/ integras illibatas/  
q; custodit.

¶ Ca. vii. q̃ illis temporibus per christia-  
nos miracula fiebant.

¶ Et hyreneus in supradictis libris cō-  
pletus est. Sed et in secundo nichilo-  
minus eiusdē operis libro/ dicens etiā suis  
tēporib⁹ reliquias quasdā diuine virtutis  
in ecclesiis iueniri hoc modo scribit. Abest  
autem lōge ab eis vt mortuū suscitēt/ sicut

deus suscitauit: et apostoli per oratiōes. Et  
et fratres frequenter fecerunt hoc in plu-  
mis ecclesiis: ita vt omni simul ecclesia cō-  
gregata/ ieiuniisq; et oratiōib⁹ multis ad  
deū pfusis/ cōuerteretur spiritus mortui:  
et redderetur homo pius per oratiōes sa-  
ctoz. Et iterū dicit post aliquanta: q̃ si de-  
minū per fantasiā dicent fecisse hec ad p̃-  
phetas peniamus/ qui hec ab eo gerenda  
esse predixerant: et qui cōfirmarunt hunc  
esse filiū dei. Propter quod/ et discipuli  
sui in ipsius noīe et ab ipso accipientes gra-  
tiam/ faciunt hec/ ab subuenienduz saluti  
hominū/ prout vnusquisq; meruerit. Alii  
namq; demones fugant: et ita eos qui in-  
curati sunt purgant: vt interdū ipsi illi  
curati sunt/ credentes in ecclesia p̃mane-  
ant. Alii autē prescientiaz accipiūt futu-  
roz/ et visiones p̃pheticas vident. Alii in-  
firmos manu superposita restituūt sanita-  
ti. Sed et mortui ab his aliquotiens susci-  
tati sunt: et permanserūt nobiscū per an-  
nos multos. Et quid plura: nō est nume-  
rus singularū virtutū/ que per vniuersum  
mundū in ecclesiis dei gerunt/ per gratiaz  
et nomen Jesu christi sub pōtio pilato cru-  
cifixi. Que tamē quotidie fiunt nō ob ali-  
quā nundinationez: neq; ob pecunie que-  
stuz: sed sicut gratis gratia accipitur adeo  
ita gratis eadem ministratur. Et iterum  
alio in loco idem hyreneus ita scribit. Si-  
cut (inquit) audiuimus multos ex fratri-  
bus in ecclesia gratiā habentes p̃phetari  
et oibus linguis loquentes per sanctis p̃s  
donū. Qui et misteria et secreta dei in ma-  
nifestū cum expedit p̃ferunt. Hec autē in-  
seruimus/ vt ostenderemus diuersas san-  
ctis p̃s gratias/ vsq; ad illa ad huc tempo-  
ra apud dignos quosq; in ecclesiis p̃durat  
se: quoniā quidē in initiis polliciti sumus  
hoc nos in tēpore probaturos.

¶ Ca. viii. aliqua de quibusdā no. testa. li-  
bris: et de tranlacione. lxx. ex hyrenei sen-  
tentia.

¶ Ed et de ordine canonis diuinarum  
scripturarū/ quid etiā supradict⁹ vir  
Hyreneus sentiat/ ipsi⁹ nichilominus ser-

monibus pferamus. Primum inquit de sãctis euangelis videamus. Matheus qui dem hebreis ppria eorū lingua conscriptū edidit euangeliū/cum paulus et petrus ī vrbe roma euāgelizarent: atq; ecclesie īnībi fundamēta solidarent. Post quorū exitum/Marcus discipulus et interpretēs Petri/euāgelii quod ille predicauerat digessit in libro. Post hec Jobēs discipulus domini/qui et supra pectus ei⁹ recubuit/edidit euangeliū apud Epbesū vrbe asie positus. Hec in tercio supra dicti opis libro. In quito vero de reuelatiōe iohis scribēs et de numero nominis antixpi/hec refert. Cum igitur hec ita se habeāt/et in oībus rectis et antiquis exēplaribus iste numerus inueniatur: sed et illi hec eadē cōtestetur/qui Jobēm viderūt in corpore positus et verbū dñi predicantē: quia numerus bestie secundū grecorū cōputū et litteras que in eodē conscribunt. Et paulo post iterum subiūgit hec. Nos ergo periculū incurrere nolumus/de antixpi noīe confidenti⁹ aliquid pñunciantes. Si ei oporteret hec euidenter et palā in hoc iam tēpore predicari: vtiq; z per illū qui apocalipsim scripsit/nomē eius euidenter fuisset expressum: quia nec ipsa reuelatio ante multū tēporis facta est/sed pene iam nōstra etate ppe finē Domitiani Cesaris. Hec nobis etiā de apocalipsi vir supra memorat⁹ exposuit. Meminit autē prime epistole Jobanis: et prime petri: plurimaq; ex ipis sumit exēpla. Hec non et libellū qui dicitur pastoris aplectitur dicens. Bene ergo refert scriptura que dicit: primo oīm credendum est/quia vnus est deus qui oīa creauit atq; cōposuit. Citatur autē et testimonis de sapientia salomonis. Sed et apostolici cuiusdā viri/cui⁹ nomē reticuit/sermonū quasi memoriter meminit. Iustini quoq; martyris et ignatii memoriā facit et ea que scripserūt pducit in mediū: et pmittit se quoq; aduersū scripta martiōis responsurū. Sed et de septuaginta interpretib⁹ diuinarū scripturarū/audi quib⁹ referat verbis. Deus inquit homo fact⁹

est/et ipse dñs saluabit nos: qui dedit signū illud qđ de virgine scriptū est. Et nō sicut quidā dicūt eorū qui modo ausi sunt aliter interpretari scripturas et aiunt. Ecce iuuēcula in ventre accipiet et pari et filiū. Sicut interpretatus est theodotiō ephesius: et aquila ponticus: ambo iudei p̄seliti. Quos secuti sunt Ebionite: qui dicunt christū de ioseph natū. Et post pauca iterum infra subiūgit. Primum enī iquit qđ romanorū inualesceret p̄ncipatus/cū ad huc macedones asiam possiderēt: Ptolomeus lagī fili⁹ volēs bibliotece sue quā apud alexandriā ex oīmpeterū grecorum voluminibus cōstruebat/maiorē gloriā querere: petiit etiā ab ierosolimitis/vt hebreas eorū scripturas in grecā linguā interpretatas acciperet. At illi (subiecti quippe erant macedonib⁹) electos z in scripturis sanctis eruditissimos/atq; in vtraq; lingua peritissimos viros septuaginta presbiteros/miserunt ad ptolomeū. In quos tamē dei voluntas et cōsiliū gerebat. Tū ille singulorū volens accipere documēta/et verens ne forte per interpretatiōē occultarent insertā diuinis voluminibus peritatem: singulos a se inuicē separat: et eadē seorsū positos interpretari iubet: eūq; ordinem interpretandi in singulis quibusq; voluminibus obseruari. Quosq; rurū se coram/in vnū om̄s reuocari: et cōferre ad inuicē que singuli interpretati sūt facit. Et tūc de⁹ vere glorificatur: et scriptura sancta qđ vere diuina esset agnoscitur. Om̄s enim eadem/bisdē verbis/eisdēq; noībus ac sententiis scripserāt ab initio vsq; ad finē: ita vt et ipsi qui aderant gentiles agnoscerēt quia dei nutu scripture tunc interpretate sunt. Et nichil mirū si diuina prouidētia hoc ita fieri procurauit: cum in ea captiuitate que populo acciderat sub Nabuchoodonosor rege/corruptis scripturis cū post lxx. ānos iudei ad patriā suā redirēt/tēporib⁹ Artaxersis Persarū regis/ispirauerit de⁹ Hēsdrā sacerdotē ex tribu leui/vt oīa priorū prophetarū volumina ac verba repararet: ac restitueret populo leges que

hec - mlti mltis  
pido - cuius mlti  
dato

per moysen fuerat data. **Hec byreneus.**  
**Ca. ix. de de p̄theno p̄hō viro et erudi-**  
**tissimo et christianissimo.**

Situr decem et nouē annis Anto-  
 ninus cū in īperio p̄durasset: post  
 excessū sui/ principatū Cōmodo derelīq̄t  
 Huius primo īperii āno/ Julianus apud  
 Alexandria sacerdotiū suscipit: Agrippi-  
 no ex actis duodecī ānis in episcopatu de-  
 fūcio Cū per idē tēpus scōle ecclīastice et  
 doctoris officio/ p̄esset vir in om̄i erudi-  
 tione nobilissim⁹ p̄anthenus. Ex quo ap̄d  
 eos consuetudo antiq̄tus tradita/ vsq̄ in  
 hod:ernū p̄manet/ diuinay scripturaray  
 doctores inibi scōle ecclīastice haberi vi-  
 ros dūtārat in scientia et eruditione p̄ba-  
 tissimos. Huius ergo offitii velut auctor  
 quidā et dux vir de quo supra diximus/ sa-  
 tis illustris habebatur. Quippe qui etiā  
 in philosophis prius qui Stoici appellan-  
 tur/ nobiliter claruisset. Cuius tantū stu-  
 diū erga verbū dei et tantū amoris fuisse  
 tradit: vt etiam ad p̄dicandū christi euan-  
 geliū oībus gentibus que in orientis vlti-  
 mis secessibus recōduntur/ fidei et deuoti-  
 onis calore p̄fectus sit: et vsq̄ ad indiam  
 ceteriorem/ verbū dei p̄dicando p̄uenerit.  
 Erāt enī adhuc in illis tēporibus z euan-  
 geliste nōnulli: qui ad imitationē sancto-  
 rum apostolorū in diuersis orbis partibus  
 oberrantes/ per gratiam dei et animi sui  
 virtutē/ verbū dei et fidē christi/ ignoran-  
 tibus quibusq̄ gentibus inferebant. In q̄-  
 bus p̄cipuus et illustris p̄anthenus habe-  
 bat. Quē ferunt cū ad indos p̄uenisset/  
 reppūle: q̄ bartholome⁹ apostolus ap̄d  
 eos fidei semīa p̄diderit: z mathei  
 euāgeliiū hebreis scriptū litteris derelīq̄it  
 qd̄ p̄ idē tēpus supradict⁹ p̄anthen⁹ inibi re-  
 pertū detulerit. Sed et in multis preterea  
 aliis doctrie ecclīastice studiis/ apud alex-  
 andriā clarā satis et nobilē vitā/ opti-  
 mo z admirabili fine cōclusit. Tam p̄ua  
 voce discipulos īstruēs q̄ z librorū mōimē-  
 tis etiā postis thesauros sciētie d̄reliquēs

**Ca. x. de clemente alexandrino.**  
 In his diuinarū eruditionū scolis

q̄ maxime effloruit apud Alexandria de-  
 mens/ eodem vocabulo quo et in vrbe ro-  
 ma/ apostolorū et successor z discipulus vo-  
 citatus. Deniq̄ hic ipse clemens in septi-  
 mo dispositionū libro/ p̄antheni tanq̄ ma-  
 gistri et p̄ceptoris sui/ mentionē facit. Et  
 et in primo libro stromaiū/ hunc eundem  
 designat in eo loco vbi enumerat/ q̄ plu-  
 res apostolice p̄dicatiōis repererit viros/  
 hec dicens. Michi quidē cōmentariū hui-  
 opis nō ad ostētationē scribunt: sed ad cō-  
 memoratiōē senectē/ et ad obliuionis re-  
 mediū. Quo scilicet i his sit michi adūbra-  
 tio quedā rerū magnificarū diuinorū q̄b-  
 borū/ que audire merui a viris sanctis et  
 beatis. Quorū ab alio ap̄d achaiā/ ab alio  
 apud Syriam/ ab alio vero in oriente/ et  
 maxime apud palestina institutus sū ex  
 hebreorum origine veniēte. Ad vltimū au-  
 tem in egipto magisterio vsus sum/ viri  
 virtutis et sciētie merito/ oībus preferen-  
 di. Post quē velut thesauro in abscondi-  
 tis repto/ aliud q̄rere vltra cessauī. Et illi  
 quidē diuine doctrine veritatē/ michi q̄  
 sibi ab ipsis statim primis auctoribus/ pe-  
 tro/ et iacobo/ ac iohāne/ et paulo sanctis  
 apostolis tradita fuerat/ tanq̄ patres fi-  
 lio cōmendarunt. Sed pauci patribus si-  
 miles filii. Tamē deo fauente/ per ipos i  
 nobis apostolici germis plātata sūt semina.

**Ca. xi. de episcopis hierosolimoꝝ.**

Et idem tēpus ecclesie ierosolimo-  
 rum narcisus p̄erat. Qui fames  
 merito/ nostris adhuc tēporibus celebra-  
 tur: quintādecimā post eos qui excircū-  
 cisione fuerant successione/ vsq̄ ad tēpo-  
 ra Adriane obsidionis adducens. Primū  
 namq̄ inibi ex gentibus episcopum fuisse  
 indicauimus Marcū. Post quē Cassia-  
 num: inde Publiū. Post hunc Maximū  
 et sic iulianum. Post quē Caium: et itē  
 alium iulianū. Capitonē quoq̄ et Valē-  
 tem. Inde dolitianū: Post quē tricesimū  
 ab apostolis Narcissum

**Ca. xii. de quodā rodōez marciōis heresi.**  
 Erū ea tēpestāte rodō quidam ex  
 Asia puincia oriundus/ vt ipse sc̄t

## Libet

h it in vrbe roma eruditus/refert a tatia/  
no(cuius i superioribus inter ceteros scri/  
ptores meminimus) libros q̄ plurimos z  
maxime cōtra martiōis heresim scriptos  
Quaz asserit idem tatianus/in diuersas  
scissam esse sententias. Sz et q̄/z quā ob/  
rausā ex eadē heresi scissi slnt/ipse per bec  
perba designat. Propterea inquit etiā in/  
ter semetipsos discordant:qz id affirmare  
cupiūt/qd nō potest stare. Ex eoz nanqz  
grege est appelles:qui abstinētie et sene/  
stutis p̄rogatiua vs⁹/vnū quidē oīm esse  
fatetur inittū. Propbetas tamē cōtrario  
sp̄ritu asserit inspiratos:sequens p̄suasio  
nem v̄rginis cuiusdā acte sp̄ritu demo/  
nis nomine philomene. Alii autē sicut ip  
se nauta martion/duo p̄ncipia introdu/  
cunt. Ex quibus est et ponticus/et basili/  
cus. Qui z ipsi secuti sunt quidē ponticū  
lupū. Sed nō iuenientes exitū rerū sicut  
nec ille qdē/ad ea q̄ putant esse facilioza  
cōuersi sunt:z duo p̄ncipia introduxerūt/  
absqz vllis hoc p̄bationib⁹ cōfirmantes:  
Alii quoqz ex eisdē n̄r̄sus in deterius de/  
uolui sunt:nō solū duo sed tria p̄ncipia  
et tres naturas cōfirmantes. Quoz prin/  
ceps et auctor est sinerus:sicut ipsi defen/  
sores dogmatis huius dicunt. Sed z ipse  
describit q̄ cōgressus sit cū appelle/ita re/  
ferens: Nā et sener appelles habuit nobi/  
scum sermonē:et multa male docere cōui/  
ct⁹ est. Unde et assererat nō oportere oīo  
fidei discuti rationē:sed vnū quēqz debe/  
re in eo qd credidit p̄manere. Salutē nan/  
qz iis esse qui in crucifixū spant: tantū vt i  
bonis opibus iueniantur. Manifeste ta/  
men decernebat de deo sicut p̄dixim⁹ vnū  
esse p̄ncipiū/vt et nos dicimus. Et inde  
exponēs eius oīm sententiā/introducit eti/  
am ip̄e suū sensū. Dicebā autē inquit ad  
eum. Unde tamen ostendimus vnū p̄n/  
cipii rationē:aut quomō hoc asserat edis/  
sere. Tuz ille p̄phetie qdem aiebat semet/  
ipsas coarguūt:quia nichil oīo cōtinēt ve/  
ritatis:ex eo q̄ inter se inuicē discordēt:et  
ptiqz false sunt/que sibi metipsis aduersā  
tur. Quomō aut sit vnū p̄ncipiū/se quidē

## Quintus

scire denegabat. Ita tamē sibi videri. Et si  
qz adiuraretur ame/vt qd verū est diceret  
sacramento p̄firmavit/se nescire quomō  
vnus sit vnigenit⁹ deus: sed tantūmodo  
credere. Tū ego derisus plane eū et nota/  
tuz habui:qui se doctozē p̄fiteret eoz que  
ignorare fateretur. In eodē quoqz ope re/  
fertur Callistiō quidā in vrbe roma disci/  
pulus extisse Tatian:qui scripsit cōpositū  
esse a Tatiano p̄positionuz vel questio/  
num librum:in quo oīa que ob.cura sunt  
et difficilia in scripturis diuinis absoluat  
Sed idem Rodo in cōmentariis suis p̄n/  
positiones eius platurū se/et cōfutaturū  
promittit. Est autē eiusdem et in exame/  
ron cōmentarius:in quo refert/q̄ Appel/  
les q̄ plurima aduersum legē moysi p̄scri/  
psent impia: et aduersuz totā legem blas/  
phemias protulerit voces:coarguēs vt si  
bi videtur/et destruens ea q̄ scripta sunt.

Ca. xiii. de montano heretico.

Et et multa alia ex supradicti scri/  
ptoris comperimus libris. Cum/  
tamē hostis humani generis ad salutem  
hoīm debellandam/nichil vsq̄ ocī gerit  
sed diuersas et varias hereses p̄singula q̄  
qz suscitāt loca. In quibus maximū sui ge/  
neris serpentē apud Asiam Frigiāqz pro/  
ducit mōtanū:q̄ se paraclitū noīaret. Et  
cuz eo mulieres p̄iscā et maximillā:quas  
prophetissas velut ex ipsius factas inspi/  
ratione iactabat.

Ca. xiiii. de florino et blasto z stismate  
ab eis rome facto.

Ed in vrbe Roma Florinus qui/  
dam gradu presbiterii de ecclesia  
collapsus/vna cuz Blasto socio et crimī/  
nis et furoris:plurimos de ecclesia in suū  
baratruz deducebant:noua aduersū veri/  
tatē figmēta machinātes. Sed aduersū  
heresiz catafrigaz scutū validissimū ptu/  
lit apollinaris hierapolites:de quo supra  
memorauim⁹:aliqz q̄ plurimi ad id loco/  
rū eruditissimi viri/aduersū eos p̄ verita/  
tis defensione certarunt. Qui etiam no/  
bis ad hystorie textū monumenta validis/  
sima reliquerunt. Interim vt diximus.

apollinaris scribens aduersus hanc heresim / et designans in prefatione: quod per ecclesias galatie vicinarumque puuntiarum digrediens / et plurimos ab eis irretitos videns: multos quidem et coram disputando corripuit: rogatus tamen a fratribus etiam hec ad ipsos scripta transmisit. In quibus post aliquantulum auctorem huius heresis designasset / progrediens etiam hec addidit.

Cap. xv. de montano heretico et duabus mulierculis secum pariter insanientibus.

Rigo inquit huius heresis que aduersum ecclesiam nuper exorta est / inde descendit: Alicus quidam esse dicitur apud Messiam frigie ciuitatem qui appellatur arda bau: In quo aiunt montanum quendam nomine qui nuper ad fidem christi venerat sub gratia asie proconsule cupiditate nimia primatum accensum / contrariis spiritibus in semetipso locum dedisse: ac repente in quodam excessu mentis effectum / et velut spiritu actum proloqui cepisse noua quedam: et diuersa ab illis que ex successione maiorum ecclesie tradita fuerant / velut prophetali specie proferentem. Que cum ita viderent fieri illi qui per idem tempus aderant auditores: alii eum velut demone repletum / et erratico perflatu spiritu / ad decipiendos populos iudicantes obiurgabant: et proloqui omnino prohibebant: memores dominici precepti et comminationis eius / qua iubet obseruari a falsis prophetis. Alii autem velut sancto spiritu repletum / et prophetica gratia donatum putabant. Et memores domini precepti / erraticorum seductorio spiritu eatenus indulgebant: ut etiam prouocare eum ad dicenda aliqua delectarentur. Et hoc fiebat arte dyabolica / qua indisciplinatis perditio parabat. A quibus montanus cum supra quod dignum est in veneratione haberet / intantum temeritatis progressus est / ut etiam duas quasdam mulieres insano spiritu quo ipse replebatur participes sibi faceret: et ad insanendum secum pariter edoceret: quo facilius uterque seruus in errorem per utrumque caperetur. Hi etiam beatificare eos qui sibi familiariter adhibebant: et promissionum magnitudine tumidos reddere. Interdum

etiam obiurgare quosdam / ut ne in omnibus adulatorum deprehenderetur. Tamen per paucos ex fratribus qui eorum deciperentur insania. Quibus et persuadebat / in universam ecclesiam que per orbem terre est blasphemare: et non solum nichil ei deferre reuerentie: sed ne limen quidem eius incedere. Frequenter tamen aduentibus ex asia fratribus / vesani et contra fidem christi bacchantes / confutati ut heretici corruptoresque veritatis / ab ecclesie conuentu et societate depulsi sunt. Hec in primo libro scribens / et pro opere sui corpus fraudes heresis in linguis quibusque convincens: In secundo quoque volumine de eisdem etiam hoc scribit. Quale est autem inquit quod et prophetarum percussores nos vocant / pro eo quod insanas eorum non suscipimus fantasias: Dicunt enim hos esse quos promiserit dominus ad populum suum se esse missurum prophetas. Respondeant ergo nobis si a deo missi sunt prophete montanus et mulieres eius: quis eorum a iudeis persecutionem passus est: Aut quis ab iniquis occisus est: vel quis eorum pro nomine domini tetus est: Et ante reges et principes stetit: Aut quis in sinagogis iudeorum flagellatus est: Vel quis lapidatus est: Quis immo et contrario traditus / quod finem vite exemplo iude traditoris acceperit. Dicunt enim ipso demone quo inspirabant id agente / diuersis quibusque temporibus / vitas laqueo finisse. Illi vero admirabilem veluti prophetie ipsorum primogenitum theodotum nomine / tradunt quodam tempore visum sibi esse velut in celo assumi: et credidisse se spiritui erroris: quo euectus in excelsum / et inde deductus ad terram finem vite exitu pessimo terminasse. Sed hec ipsi de montano vel Theodoto ac mulieribus ita gestum negant. Tamen a plurimis affirmant: Quod tum inter negantes et confirmantes nos rei fidem relinquitur in medio. Item post aliquanta subiungit etiam hec. Sed et sancti episcopi probatissimi: viri qui per idem tempus fuerunt / zoticus de cumana / et iulianus de apamia / aggressi cohibere spiritum qui loquebatur in maxilla / iusserunt themisonem obturare os eius: et excludere vocem falsis.



erratici spiritus. Quod et ita factum est. Et iterum coarguens falsam fuisse Maximille prophetiam/que bella quod plurima imminere predicterat/bis utitur verbis. Et quomodo non eius mendacium euidenter arguit? Tredem cum namque iam exacti sunt anni usque ad presentem diem/ex quo mortua est ista mulier: et nusquam potius vel priuati vel publice bellum aliquid exortum est. Sed et christianis per dei misericordiam pax iugis et firma perdurat. Sed et in tertio libro de iis qui se iactabant quod multi martyres ex eorum heresi extitissent/hoc dicit: cum inquit in omnibus que supra diximus conuicti nichil respondere potuerint/ad martyres confugiunt: dicentes se multos habere martyres: et hoc esse idcirco quod veritas sit apud ipsos propheticus spiritus. Quid ergo? Quod multi et alii heretici plurimos martyres habent/ideo ac descendendum est eis/quod etiam veritas apud ipsos sit? Nam primi qui dicuntur martioniste habent plurimos martyres. Sed que esse poterit apud eos martiri veritas: ubi christi veritas non est? Et post aliquanta iterum subiungit. Denique ait, Sancti martyres qui pro vera fide martyrium ducunt/cum de ecclesia predictes ad passionem ducunt/si qui forte inuenti fuerint cum eis de heresi frigus secernunt se ab eis/et respuunt eorum societatem nec ullo genere cum iam martirii palmam tenent/spiritui motani et maximille cascade descendum putant. Sicut et nostris temporibus apud Apamiam (que est supra meandrum posita) gestum scimus a caio et alexandro: qui de Eumenia martyres extiterunt.

Ca. xvi. de melciade et eius scriptis.

Hec eadem autem ope meminimus melciadis scriptoris: tanquam qui et ipse librum aduersum heresim supradictam conscripserit. Denique et inserit ex eius dictis suo operi hec verba. Neque enim credendum est (inquit) in excessu mentis id est per amentiam prophetari: quod est proprie pseudo prophetarum. Ubi enim quis amens efficit/iusti rectique esse non potest tenax. Qui sine dubio in initium sumunt ex imperitia: ad finem vero deuolunt amentie sicut supra diximus. Hoc autem modo neque in ueteri testamento quemquam neque in nouo per

dei spiritum extitisse prophetam poterunt demonstrare: Quia neque agabus/neque iudas/neque silas/neque quattuor filie philippi/neque amia qui in philadelphia ecclesia prophetauit/neque quadratus/neque alius quisquam ex numero ipsorum/hoc modo dignoscitur prophetasse. Et post pauca iterum subiungit et dicit: Si enim post quadratum amiam philadelphia namque ut aiunt/mulieres iste motani successerunt in prophetica gratia: et sicut confirmabant uniuersae ecclesiae/dante sunt ad prophetandum usque ad aduentum domini: decipitur eorum confirmatio. Quartodecimum etenim iam pene habet annum ex quo defuncta est maximilla. Hec ex supradicti viri commentariis. Ipse vero de quo indicat melciades/etiam alia nobis proprii operis non continentia monimenta dereliquit. Scripsit namque et aduersus gentes librum: et aduersum iudeos alium: et ad principes romanorum regni apologeticum pro fide nostra scripsit: et aduersum catasrigas hereticos.

Ca. xvii. apollonius motani heresi declaratur/eaque et eius prophetissas fortiter impugnat.

Ed et apollonius quidam ecclesiasticus nichilominus scriptor/libellum aduersum eos edidit: in quo satis vigilanter prophetias ipsorum falsas esse conuincit: et singula in eis uerba coarguit: simul et uitas moresque eorum qui auctores hereseos extiterunt/exponit per hec uerba. Sed uideamus (inquit) quis est hic nouus magister: et primum nobis doctrinam eius secundum domini sententiam actus ipsius et opera commendat. Hic est qui docuit nuptias iolui: et qui ieiuniorum leges primum imposuit. Qui pepuzam et thimium oppida frige ierusalem noiauit: atque in hec omnia congregandos discernit. Qui exactores pecunie statuit. Qui sub nomine oblationum munerum artificiosius accipit. Qui salaria prestat predicantibus uerbum suum: ut per hoc uilitati/enixius doctrine eius operam prebeat. Hec de motano. De mulieribus uero eius primo aliquanta ita scribit. Ostendemus autem primo omnibus prophetissas/ex quo spiritu replete sunt/uiros suos reliquisse. Quomodo ergo mentium priscam uirginem fuisse? Et post aliquanta iterum dicit. Non tibi ui-

detur q̄ omnis scriptura prohibet / p̄pheta  
 n̄ munera accipere vel pecūias. Si er-  
 go videā p̄phetam accepisse aurū et argē-  
 tum / et vestes p̄ciosas / quomodo eā pro-  
 p̄betā putē. Et iterū post aliquanta sub-  
 iūgit dicēs. Sed et themistius / q̄ apud eos  
 noīe tantū cōfessionis īflatus est: vere autē  
 cōfessionis fructibus caret: q̄mquidē per  
 multā pecuniā vinda deposuit. quē oportē-  
 tebat p̄tīq; humiliter se agere: hic arrogā-  
 tia elatus / apostolice sibi aliqd̄ auctorita-  
 tis assumens / epistolas ad om̄s ecclesias  
 scribit. In quibus docere conatur eos qui  
 multo rectius q̄ ipse credebant. Et robo-  
 ratur om̄s ad nouas verborū adinuentiōes  
 accōmodare aurē suā. Blasphemat autē  
 d̄m et apostolos eius: et sanctā ecclesiam.  
 Sed et de aliis quibusdā qui apud eos vt  
 martyres honorant / ita scribit. Verū ne ī  
 pluribus īmoremur: dicite nobis de alexā-  
 dro qui semetipsū martyre dicit / quē cōui-  
 uam habet hec p̄phetissa: quez adorat vt  
 deum m̄ne hic pro latrociniis aliisq; ne-  
 fariis actibus reus extitit. Non nos dici-  
 mus: sed acta hec publica p̄tinēt. Quis er-  
 go eorū cui donat peccata. P̄phetissa ī-  
 gnoscit martyri latrociā: an martyri igno-  
 scit p̄phete / rapacitatis et auaricie crimia.  
 Cum em̄ d̄ns dixerit nolite habere aurū  
 neq; pecuniā / neq; duas tunicas / isti ī oī-  
 bus cōtraria gerūt: acq̄rentes et cōgregā-  
 tes ea / que d̄ns etiā habentes iussit abice-  
 re. Probamus nanq; eos qui apud ip̄os  
 vel p̄phete vel martyres noīantur / nō so-  
 lū a diuītibus / sed etiā paup̄ib; / pupillis  
 ac viduis pecūias cōgregare. Aut si habēt  
 cōfidentia / assint: et pro his habeant nobis-  
 cam disceptationem: vt si cōuicti fuerint /  
 vel de cetero desinant: talib; se īplicare cō-  
 mertiis. Oportet em̄ ex fructib; vel agno-  
 sci vel etiā probari p̄phetā. Sicut et d̄ns  
 dicit. q̄ arbor ex fructibus cognoscit: et pro-  
 pheta verus probat̄ ex fructibus. ¶ Et au-  
 tem de alexandro certius cognoscat: scien-  
 dum est q̄ iudicatus est apud emiliū frō-  
 tinū pro cōsulē ephesi / nō p̄pter nomē xp̄i  
 sed propter quedā latrociniā. Nā a xp̄i-

sti noīe iam apostata extiterat. Sed post  
 hec vt fideles quidā fratres qui p̄ illud tē-  
 pus apud iudicē aliquid poterant pro ip̄o  
 intercederēt / īmū! auit se propter nomen  
 d̄ni laborare / et per hoc dimittit. Nec tamē  
 in ecclesia patrie sue receptus ē / vbi latro  
 esse ab oīb; noscebatur. Quod si quī for-  
 te minus his q̄ dicimus accōmodandā ex-  
 istimat fidem: in archiuis publicis apud  
 Ephesum gesta seruant. Que tamen ibi  
 seruari / hū optimi p̄phete qui ei famu-  
 lantur ignorant. Qui p̄tīq; cū in his con-  
 uincitur / sine dubio / et p̄phetarū ignorā-  
 tia cū ip̄o pariter redarguitur. Nec et mul-  
 ta alia in eo similia possum; edocere. Aut  
 si cōfidunt: cominus veniant. excipiant in-  
 fentiones nostras. et eruant se ab his si pu-  
 tant se eorū posse effugere cōscientiā. Itē  
 post pauca de ip̄is p̄phetis ista subiun-  
 git. Qd̄ si negant se p̄phete ip̄orū mu-  
 nera accepisset: statuāt hoc: vt si conuicti  
 fuerint / p̄phetas se esse p̄ltra non simu-  
 lēt: et mille defera; probamēta. Verū ta-  
 men necessariū puto etiam reliquos horū  
 p̄phetarū fructus probari. Dicite mibi  
 o vos p̄phetisse / vultus p̄phetantis cā-  
 dorib; et ruboribus aliq̄n fucat; p̄phetissa  
 stibis tigit; p̄phetissa ornamētis p̄tit; et  
 ornatibus delectat;. Deinde p̄pheta ad  
 tabulam et ad tesseras ludit;. P̄pheta  
 pecuniā suā ad vsuras dat;. Dicant si-  
 licet hoc facere p̄phetis;. Ego autē vni-  
 uersa hec eis probabo. Nec et multa alia  
 idē apollonius ad confutandos eos satis  
 probabiliter et constanter interuit: desit;  
 gnās etiā hoc / q̄ quadragesim; iste quo  
 hoc scribebat ageret; an; ex quo mōtanus  
 false hui; p̄ficiatiōis itū d̄derat. Refert  
 etiā de quodā zotico / q̄ apud pepuzā cuz p̄-  
 phetare se maximilla sikaret / repēte īgres-  
 s; cepit īperare sp̄i q̄ in ipsa loq̄batur: ita  
 vt eū penitus cohiberet. Sed obstiterūt īi  
 qui eis adula bātur. Meminit autē et thar-  
 see cuiusdam martyris: qui quasi extradi-  
 tione p̄iorū se accepisse asseruerit / saluato-  
 rem precepisse discipulis suis / vtī ne ante  
 duodecimū annū ab ierosolimis discede-

## Liber

sent: Refert preterea et apud ephesū mo-  
uos a Iohanne suscitatos/et alia q̄pluri-  
ma. Ex quibus oībus vehementer supra-  
dicta heresis confutatur. hec apollonius.  
¶ Ca. xviii. aliqua que de heresi montani  
scripsit serapion.

Erapiōn autez qui post maximū  
num episcopus apud antiochiā fu-  
it: in epistola sua quaz ad caricū et ponti-  
cum scribit/ de hac ipsa heresi post aliquā  
ta hoc dicit. Et autem etiā hoc sciatis/ q̄  
ista que nūc noua prophetia vel potius ex-  
ecratio noua processit/ ab omī f. aternita-  
te que in vniuerso mūdo est respuitur et re-  
futatur: tranmisi vobis claudū apollina-  
ris ierapolitani Asiē puinsie episcopi lit-  
teras: q̄bus de his plenius istruamini. In  
hac autē ipsa serapionis epistola/ subscri-  
ptiones/ quorūdam episcopoz et martyz  
cōtinentur. Ex q̄bus vnus hoc modo scri-  
psit. Aurelius Cyrinus martyr/ opto vos  
bene valere. Alius quoqz hoc modo Aure-  
lius publius iulius a debeltho colōia tra-  
tie episcopus. Viuit deus in celis/ qz beat⁹  
sothas qui est manchialo/ voluit dmonē  
prisille eicere/ sed adulatorēs eius nō per-  
miserūt. Sed et multoz simul episcopoz  
eadē declaratiū subscriptiōes supradictis  
litteris iherēbāt. Verū de his satis dictū.  
¶ Ca. xix. de quibusdam libellis hyrenei  
et quomō mores et act⁹ polycarpi explicat.

Et idem tēpus in vrbe Roma di-  
uersis nichilominus nouitatibus  
per nōnullos regula traditiōis ecclesiasti-  
ce verabatur. Pro q̄bus hyreneus ad di-  
uersos scripta prozogauit. Extat igit vn⁹  
eius libellus qui suscribitur ad blastum  
de scismate Alius ad florinū de mōarchia  
et q̄ non sit deus maloz creator. Hoc em̄  
supradict⁹ vir videbatur asserere. Qui ta-  
men postea in errorē deuolut⁹ est Valen-  
tini. Scribit autē idē hyreneus et de oglo-  
ade librū: in quo significat cōsecutū se es-  
se quosdam ex successorib⁹ apostolor. cu-  
ius libelli subscriptionē satis elegant affi-  
ram/ his inserere dignū duxi. Adiuro te i-  
quit qui transcripseris librū hunc per dñm

## Quintus

nostrū iesuz xp̄z/ et aduentū eius in gloria  
cum veniet iudicare viuos et mortuos/ vt  
cōferas hec que scribis: et emendes diligen-  
ter ad exēplaria de q̄bus trāscripseris ad  
fidem: et vt sacramētū ad iuratiōis huius  
similiter transcribas: et inseras iis que trā-  
scripsisti. Hoc autē vtiliter ab illo dicta in-  
serere operi nostro necessariū credidi: quo  
per hec diligens efficiatur oīs qui hoc vel  
legere vel describere dignū duxerit: sciēs ex  
emplū diligentie/ a sc̄tis viris et illustrib⁹  
traditū. Verum in his que ad florinū scri-  
psisse hyreneū supradixim⁹: facit polycar-  
pi mentionē. Cū quo se etiā cōuersatus  
esse designat/ per hec verba. Hec in q̄t dog-  
mata florine q̄ asseris/ cōfidenter dico qz  
non sunt sane sentētie: hec dogmata non  
sunt cōsona ecclesiastice fidei: hec dogma-  
ta/ ne illi quidē qui de ecclesia pulsi sūt he-  
retici/ potuerūt aliquando cōmentari. hec  
dogmata impietate docent. Hec dogma-  
ta sancti illi presbiteri qui ante nos fuerūt  
nunq̄ protulere/ illi qui et apostolos vide-  
runt/ quos et tu nosti. Vidi em̄ te dum ad-  
huc puer essem in asia apud polycarpum/  
tūc q̄dem p̄clara argente: dū adhuc esses i-  
tra palatiū et studentē placere polycarpo.  
Multo em̄ magis michi illius tēporis re-  
rum gestarū inheret memoria/ q̄ p̄sentis.  
Quia hec que a puero discimus/ cuz ani-  
ma ipsa coalescunt et adherent ei. Unde  
etiā locū ipsuz tibi possū dicere/ in quo se-  
dens disputabat beatus polycarpus: et in-  
cessum illius: et vultū/ ac totius vite mo-  
dū: et ipsi⁹ quo corporis habitū. Sed et dis-  
putatiōes quas habebat ad populū: et cō-  
uersationē q̄ fuerat ei cū iohanne/ quomō  
narrare solit⁹ erat: vel ceteroz q̄ ip̄z dñz vi-  
derant: et quomō recordabat oīa ac recen-  
sebat verba q̄ dicta a dño ab eis audierat:  
et de virtutibus eius ac doctrina. Et ta-  
men oīa hec cū scripturis cōsona profere-  
bat. Que tūc ego pro mīa dei quaz michi  
donare dignatus est/ attētius et studiosi⁹  
audiēs describebā: nō in chartis/ sed in cor-  
de meo: queqz per gratiā dī fideliter custo-  
dio: et meuz ipse sine intermissione quo-  
f liii

quem pue  
ritia ad  
mus tnaty  
quare utine  
mus

dāmodo rumino. Deus ergo testor / et in  
cōspectu ipsius tibi affirmo: quia si qd ta  
le audisset beatus et aplicus vir polycarpus  
exclamasset statim et aures suas obturasset:  
ac sicut mortis erat ei dixisset Deus bone  
in que me tēpora reseruasti ut hec audiā?  
Hōne etiam ipsū cōtinuo locuz fugisset / in  
quo sedens vel stans huiusmodi verba  
audisset: Sed ex eplis eius quas scripsit vel  
ad picinas ecclesias vel ad aliquos ex fra  
tribus / cōmonēs et cōfirmans eos et cobor  
tans ad fidē / potest sententia eius euidentē  
ter agnosci. Nec hyreneus

**Capitulū. xx. de apollonio martyre**

Erunt ea tēpestate / Cōmodo ro  
mani regni apicē gubernāte / pax  
ecclesiis p oēm terrā propagabat: et sermo  
dñi ex oī genere hoīm ad agnitiōē et pie  
tatē dei sumi aīas cōgregabat. Deniqz et  
in vrbe Roma multos ex illis illustribus  
et prediuitibus viris / cū liberis et cōiugibz  
ac propinquis atqz omni pariter familia  
sociavit ad fidē. Sed hoc nō equis oculis  
ille antiquus humane salutis hostis aspe  
xit. Cōtinuo deniqz aggredit variis nros  
machinis ipugnare. Primo i vrbe roma  
Apolloniū quendam virū in fide nostra et i  
oibus philosophiē eruditiōibus illustrem  
ad iudiciū p̄trahit: accusatore ei suscita  
to quodā infelicissimo et desperate salutis  
hoīe. Quiqz qm̄ lex q̄ oblatos puniri iusse  
rat christianos / in delatore prius animad  
uertendū censebat / a perbenno iudice ut  
eius cura cōminuerētur sentēciam primz  
excepit. Tum deinde exorat beatus apol  
lonius martyr / uti defensionē pro fide sua  
quam audiēte senatu atqz omni populo  
luculenter et splendide habuerat ederet  
scriptaz. Et post hec secūdū senatus cōsul  
tum / capite plexus est. Ita nāqz a prioribz  
lex iniquissime promulgata censebat.

**Capitulū. xxi. qui sub cōmodo insignes  
episcopi dabant.**

Situr sub eiusdē Cōmodi p̄ncipi  
patu / Eleutherio in vrbe Roma tredecim  
annis sacerdotio functo / Victor succedit.  
Sed et Juliano apud Alexandria post de

tem annos defuncto demetrius substituit  
Apud antiochiā quoqz octauus ab aposto  
lis episcopus cōstituit Serapion: de quo  
in superioribus memorauimus. Tūc apud  
cesareā Palestine / theophilus: et Marcianus  
in Ierosolimis ecclesias procurabant.  
Apud corinthū vero bacchilus. Et apud ephe  
sum Polycrates nobiles i episcopis habe  
bantur. Sed et multi i aliis locis referunt p  
idez tēpus egregii sacerdotes. Hos tamē  
eorz facimus mentionē quoz fidem et scie  
tiam ex proprii operis inditiis possumus  
habere compertam.

**Capitulū. xxii. de questione sup observa  
tione diei pasche.**

Hibus ea tempestate ecclesiis pre  
sidentibus / in prouinciis / Asiē que  
stio non minima exort / velut ex antiqua  
eorz obseruatione descendēs: q̄ quartade  
cima luna putarent omni genti pascha ob  
seruanduz. Quando scilicet iudeis agnō  
precipitur imolari: velut necessario confir  
mantes / quacūqz die septimane quarta  
decima luna venisset / solui debere ieiuniū  
cū talis cōsuetudo in nullis prorsus aliis  
vnq̄ obseruata fuisset ecclesiis. Ob quaz  
causam cōuentus episcopoz et cōcilia per  
singulas quasqz prouincias cōuocant: pro  
rogatisqz ad se inuicē eplis de singulis q̄  
busqz locis / vnū om̄s ecclesiasticū dogma  
confirmant: ne liceat aliquando nisi in die  
dominica i qua dñs resurrexit a mortuis /  
dominicā pasche celebrare misteriu: et i hac  
sola soluendū esse pascale ieiuniū. Extat  
deniqz vsqz i hodiernū / cōciliū apud Cesa  
ream Palestine hūi decretū: in quo primus  
est Theophilus ipsi cesaree episcopus et  
Marcianus ierosolimoꝝ sacerdos. habet et  
in vrbe Rome cōcilio simile aliud decre  
tum. cui presuit Victor episcopus indi  
catur. Et ponti prouintie palmeas. gallo  
rum quoqz sacerdotalis cōuentus extat /  
Hyreneū presulē scribens. Achaiē vero /  
Bacchilū corinthioꝝ ecclesie episcopum:  
qui omnes diuersis locis vnaz eandemqz  
iudicii sui sententiam protulere.

**Capitulū. xxiii. de eodem.**

## Liber

Ed episcopi regionis Asiæ / ser-  
uandâ magis auerteribus sibi tra-  
ditam consuetudinē confirmabāt. In quibus  
Policrates / qui in eis primatū agere vi-  
debatur: ad Victorem episcopum Roma-  
ne ecclesie scribens / morē traditiōis antiq̄  
ad se vsq; delatū / per hec verba designat.  
Nos ergo inquit / intemeratū pasche coli-  
mus diem: neq; addentes neq; auferētes  
aliquid. Etenim magna quedam lumina-  
ria apud Asiā dormierunt: summi et electi  
viri quos dominus suscitabit in aduentu  
suo cum veniet de celis in gloria / et requi-  
ret omnes sanctos suos. In quibus est phi-  
lippus euāgelista: qui dormiuit apud hye-  
rapolum: sed et due filie eius que virgines  
senuerunt. Et alia eius filia spiritali acto  
repleta q̄ apud Ephesum dormiuit. Nec  
non et iohannes qui supra pectus domini  
recubuit: qui fuit summus sacerdos. et ponti-  
ficale petallum gessit: martyr et doctor ec-  
clesie. Qui et ipse apud ephesum dormiuit  
Policarpus quoq; apud Smyrnā et epi-  
scopus et martyr. Similiter et traseas epi-  
scopus apud Eumeniam: et apud Smyr-  
nam martyrio consumatus. Quid autem  
dicam etiam sagarē nichilominus sacerdo-  
tem et martyrem: q̄ apud laoditiā quiescit  
in pace? Sed et Papiū. et Macharium.  
Et Helionem propter regnū dei et eunu-  
chum et spiritus sancto repletū: qui iacet in  
ciuitate Sardensiū: expectans aduentū de  
celis dñi. vt resurgat a mortuis. Isti ergo  
omnes diem pasche in quartadecima die  
mensis obseruauerūt scdm euangeliū ni-  
hil oīno extrinsecus agentes. sed et fidei re-  
gulam per omnia conseruantes. Sed et  
ego oīm vestruz mimus policrates / scdm  
traditiōnē patrū meoz obseruo: eoz dūta-  
rat / quos ab initio secutus sum. Septem  
nāq; ex parentibus meis / p ordinem fue-  
runt episcopi ego octauus. Qui omnes ita  
obseruauerūt hūc diē: vt cōueniret cum illo  
quo fermētū iudeoz populus auferit. An-  
de fratres km̄i / sexaginta quiq; ānos eta-  
tis gerens in noīe dñi / multoz quoq; orbis  
terre episcopoz noticiā plenissime habēs

## Quintus

et sanctis scripturis intendēs: nō pturbā-  
bor ex his q̄ ad terrore pferuntur: quia et ma-  
iores mei dixerūt / obtēperare oportet deo  
magis q̄ hoibus: Et post pauca de iis q̄ se-  
cum aderāt episcopis / ista subiungit. Po-  
terant autem etiā presentū episcopoz facere  
mentionē: quos ipsi petistis vt euocārē. si  
cui et feci. Quoz nomina si scribā: nimia  
multitudo est. Qui omnes sciētes paruita-  
tem meā cōsensu suo que scribimus cōfir-  
mant: certi q̄ nō inaniter canos attulim⁹  
sed in disciplina Christi semp conuersati  
sumus. Sed adhuc Victor romane eccle-  
ie episcopus pertinacius agens / passim to-  
tius Asiæ ac vicinarum prouinciarū ecclias  
ac cōmunionis societate abscedere nititur.  
tanq̄ i heresim declinātes: et litteras mit-  
tit / quibus oēs simul absq; discretiōe ab ecclia  
stico federe segregaret. Sed hoc nō oibus  
placebat episcopis: quin potius et eōtrario  
scribentes ei iubebant / vt magis q̄ pacis  
sūt ageret: et p cordie atq; vnanimitatē stu-  
deret. Deniq; etiā extāt ipsoz littere. quibus  
asperius obiurgant victorē / velut inutilit̄  
ecclie cōmodis cōsulētē. Naz et hyreneus  
cū ceteris quibus preerat galliarū episcopis:  
scribens / cōfirmat quidē vt in dñica die re-  
surrectionis domini misteriu; celebretur:  
Victorē tamē arguit: q̄ non recte fecerit  
abscedere a corpore vnitatis tot et tātas ec-  
clesias dei: q̄ morē antiquitus sibi traditū  
custodirēt. Sed et de multis aliis cōmo-  
net p hec verba. Nō solū inqt de die pasche  
agit controuersia: sed et de ipsa specie iei-  
unioz. Quidā em̄ putāt vna tantū die obser-  
uari debere ieiuniū: alii duabus: alii vero  
pluribus. Nō nulli etiā quadragita: ita vt  
horas diurnas nocturnasq; cōputantes /  
diē statuant. Que varietas obseruantie  
nō nūc primū neq; nostris tēporibus cepit  
sed multo ante nos: ex illis vt opinor / q̄ nō  
simpliciter qd ab initio traditū ē tenētes /  
i aliu morē / vel p negligētā vel p iperitiā  
postmodō decidere. Et tñ nichilomin⁹ oēs  
isti etiā cū i obseruantia variarēt inter se /  
metipsos et nobiscū pacifici fuerūt semp et  
sūt: nec dissonantia ieiunū / fidei cōsonan-

orientales  
oburgant  
torum no. pon.

B

tiam rupit. Post hec inserit etiam hystoriã  
 quandam: que pro sui oportunitate nec a  
 nobis debet omitti. Deniqz ait. Et illi  
 oēs ante Soterem presbiteri/qui ecclesie  
 tūc cū nūc p̄ces sacerdotiū tenuerūt (Ani  
 cetū dico/2 P̄iū/2 Jginūqz/2 Thelespho  
 rum 2 Sixtū) Neqz ipsi ita tenuerūt: neqz  
 q̄ cū ipsis erant. Et tamē cū ipsi ita nō ob  
 seruarent: pacē semp habuerūt cū illis ec  
 clesiis/que hūc obseruantie morē tenebāt  
 Cū utiqz ipsis contrariū videretur/q̄ nō  
 etiã ceteri similiter obseruaret: nūq̄ tamē  
 ob hoc repulsi sūt aliqui ab ecclie societate  
 aut veniētes ab ipsis partibus nō sunt su  
 cepti. Immo potius et omnes presbiteri  
 qui fuerunt ante te omnibus semper qui  
 non ita obseruabant presbiteris ecclesia  
 arum/eucaristiam solenniter trāsmitte  
 bant. Beatus aut̄ Polycarpus cū ad urbē  
 Romaz venisset sub Aniceto: cūqz de aliis  
 nonnullis parum quid habuissent inter se  
 statim tamē coissent in pacē: de hac questio  
 ne ita egerūt: vt nō vnusquisqz sentēciam  
 suā obstinata cōtentiōe defenderet. Neqz  
 cū aut anicetus polycarpo suadere pote  
 rat/vt nō obseruaret ea que nouerat iohā  
 nem discipuluz dñi/vel ceteros apostolos  
 euz quibus semp fuerat obseruasse. Neqz  
 rursuz polycarpus anicetū persuasit ea de  
 serere/que ille dicebat se maiorum more  
 seruare. Cūqz hec ita iter se habuissent: cō  
 municarunt sibi inuicē: ita vt cederet Ani  
 cetus Polycarpo/etiam sacerdotali mini  
 sterio (honoris dūtaxat cōtemplatione) p  
 fungi. Et ita ab inuicē plena fide/pace in  
 tegra/2 firma caritate discedūt: vt om̄s ec  
 clesie /siue que ita de pasca/siue que non  
 ita obseruarent/inter se tamē cōcordiam  
 custodirent. Nec hyreneus/agens nomi  
 nis sui opus/pacem videlicet dei ecclesiis  
 concilians scribit. Et nō solū Victori/sed  
 et diuersis ecclesiaz doctoribus/similiter  
 p̄ epistolas asserit: q̄ nulla p̄ hac questio  
 ne in ecclesiis dei dissensio debeat oboriri.

Capitulū. xlii. de eodem.

¶ In palestina quoqz cōueniētes  
 in vnuz sacerdotes dei/ Marcissus

Jerolimoz/et Theophilus/de quibz  
 supradiximus: sed et cū ipsis Cassius Ty  
 rius/2 clarus de Stolomaide/2 ceteri per  
 multi pariter cōgregati: cū de hac questio  
 ne ageretur/qd etiam apud ipsos apostoli  
 ca traditio contineret: circa finē decreti qd  
 in cōcilio eoz statutū est/ Hoc modo indi  
 cant. Epistole aut̄ nostre exēplaria p̄ oēs  
 ecclesias trāsmittant: vt ne rei efficiamur  
 animarū/que diuersis erroribus immer  
 gūtur. Designamus igitur vobis/ quiaz  
 apud alexandriã/eadē qua apud nos die  
 pasche solēnitas geitur: quia 2 ipsoz no  
 bis littere deferuntur: 2 ipsi nostra scripta  
 suscipiunt/ p̄ pariter 2 cōsonāter diē festū  
 celebraz. Hactenq̄ de supradicta questio  
 ne ex iis q̄ i veteri scriptis haberi reperim̄

Capitulū. xxi. de nonnullis aliis hyre  
 nei libellis.

rtat aut̄ adhuc hyrenei preter eos  
 quos supra enumerauim̄ libellos  
 etiam aliud volumē egregiū aduersū gen  
 tes: quod de disciplina attitulauit/ ad mar  
 tianū quēdam scribēs. Sed et dialogi de  
 diuersis/ in quibus testimonia de eplā ad  
 hebreos ponit plurima: 2 de sapiētia q̄ di  
 citur Salomonis. Nec sūt que ad nostrā  
 noticiā etiã d̄ hyrenei opusculis puenerūt

Capitulū. xxi. cōmodo que statim ipera  
 tores successerūt.

¶ Commodus aut̄ tredecim annis ipe  
 no gubernato/ Pertinax post se  
 regnū reliquit. Quo sex solis mēsis re  
 tento/ idē Pertinax diem obiit: 2 seuerus  
 post hunc suscepit principatū. Cuius tēpo  
 ribus plurimi ecclesiastici viri nobiles 2 sti  
 lo illustres extiterūt: sicut ex eorum moni  
 mentis agnosimus.

Cap. xxvii. de heresi artemonis.

¶ In quibus est Eracitus: qui in apo  
 stolū cōmentatus est. Et maxim̄  
 qui de famosissima oim hereticorum disse  
 ruit questio: qua semper inquiritur vnde  
 sint mala/ vt vnde malicia. Et q̄ materia  
 facta sit/ et nō infecta. Sed 2 Candidus/  
 qui exameron/ id est de principio genesis  
 scripsit. Appius quoqz de hisdē similit̄ cō

mētatur. Sextus etiāz qui de resurrectione differuit: et de ceteris nonnullis. Arabian⁹ quoqz / et alii inumeri quos longuz est vel enumerare: vel etiam pro aliquo illustri vnūquēqz dīctorū suoz inditio designare. Plurimi tamē ipsorū exortas tēporibus suis hereticorū perfidias cōfutantes / fidez rectā et apostolicā monimētis suoz voluminū mandauerē. vt artemonis illius hereseos auctoris / quam postmodū paulus Samosatenus nostris iam pene temporibus instaurare conatus est: de qua dignū est / que vel qualis sit hystoria cōprehendere.

**H**ec heresis purū hoīem / id est absqz deo fuisse saluatore confirmat. Idqz antiqūitus ab ipsis etiāz aplis traditū esse mētatur. Aduersū quos vn⁹ ex iis quos supra memorauimus ecclesiasticus scriptor / ita respondit. Aiunt inquit aliqui / ipsos etiāz am apostolos / ita vel suscepisse vel ceteris tradidisse / sicut nunc ipsi asserunt. Et hanc veritatē predicationis esse seruataz vsqz ad Victoris tempora. Et quomō successores eoz / scribētes aduersū gentiles vt aduersū hereticos: id est Justinus / et melciades / et tatianus / et demēs / et alii q̄ plurimi de deitate chūsti apertissime differūt. Hyrenei vero et Helitonis / ceterorūqz q̄ per idē tēpus fuerūt volumina quis ignorat? Quibus dñm et hoīez simul predicāt chūstū. Sed et psalmi vel cantica q̄ a frīb⁹ fidelib⁹ ex initio scripta sūt / verbū dei esse chūstū et deū / tota hymnoz suoz laude cōcelebrāt. Quomodo ergo tot seculis fidē predicatam / nūc isti asserūt q̄ a Victoris temporibus exordiu sumpserit. Quomodo autē p̄ictori de hoc calūniā faciūt: q̄ sciāt p̄ictorem / Theodotū Coriariū (qui p̄inceps et pater extiterat impietatis ipsorū) de cōmuniōne ecclesie repulisse: qui p̄im⁹ rome ausus est dicere purū hoīem fuisse chūstum. Si em̄ sicut dicūt ita credebat: quomodo eiciebat de ecclia Theodotū / blasphemie ipsius iuētorē? Sed de Victore hoc cōmemorasse sufficiat. Cui decē ānis episcopatu functo / zepherinus sacerdotii successor extitit: nono p̄incipatus Seueri

āno. de quoz epherino eadez scriptura qua in superiorib⁹ vsi sum⁹ / talia quedā refert.

**C**ap̄ xxviii. de natali p̄imū chūstiane fidei nobili p̄fessore deide heretico demū ab angelis durit castigato pulchra hystoria.

**S**itur p̄monebo vos fr̄es de iis q̄ gesta sūt apud nos: q̄ si forte ī sodo mis acciditēt: etiāz illos emēdare et corrigere potuissent. Confessor erat quidā apud nos Natalis noīe: nostra adhuc cōfessus memoria. hic deceptus aliquādo ab Asclepiodoto quodāz / et theodoto collectariis (qui ambo discipuli erant theodoti coriari: illius q̄ p̄imus pro hac stulta assertiōe ab ecc̄ie societate depulsus ē) Victore tūc vrbis rome episcopo acquieuit vt accepto ab eis salario / ep̄s illius heresis noīaret certa pactione: id est centuz quinquaginta denariis mēstrue prestationis. Quiqz natalis cū se in hoc deceptus locasset / frequēter ammonēbatur ī sōnis a dño Quia misericors deus et dominus noster iesus chūstus nolebat martyre suum / qui sibi ī multis passionib⁹ testis extiterat: de ecc̄ia p̄dere. Sed cū negligēt⁹ susciperet p̄siones / p̄imatus amore et turpis lucri deuictus illecebra / ad vltimū a sc̄tis angelis p̄ tota noctē verberatus / et penis grauib⁹ excruciat⁹ / mane cōsurgēs cilicio se induit: et cinere se cōspergit: ac multis lachrimis errorē suoz defrens / ante pedes se zepherini episcopi prosternit: et pestigiis oīm nō tantūmodo clericorū / sed etiam laicorū multa cū lamētatione prouolutus / in lachrimas et miserationes oīm prouocauit eccliam: vt indulgentiaz sibi a chūsto cōtinuis et iugibus pro ipso precibus iplozarent: ostendentes simul in p̄spectu dñi liuores corporis et cicatrices / quas pro noīs ipsius cōfessione susceperat. Vir aliquando in cōmuniōne ecc̄iastici corporis reuocat⁹ ē. **S**ed et post aliquanta idē scriptor adiungit hec etiāz: Scripturas autē diuinas / absqz vlla timoris dei reuerētia coruperūt. Antiquē vero fidei regulaz proterue et ipie respuit ignorantēs chūstum. Quem idcirco non inuenerunt / quia non recte quesierunt:

## Liber

et in tantū stultitiē impietatisq; lapsi sūt  
 ut si quis eis sermonē de scripturis pposu-  
 erit: illi ecōtrario proponant/ utrū hic ser-  
 mo de quo agitur iūctū aut sepatū gen<sup>9</sup>  
 filogismi faciat. et derelinquētes scās dei  
 scripturas/ geometriā tractant: tanq̄ qui  
 vere de terra sint/ de terra loquunt̄. Et idē  
 eū qui de sursum est et de celis venit/ ignorāt  
 Deniq; euclides apud eos/ vel maxie in  
 geometrie disciplinis piget. Sed et aristo-  
 teles et theofrastus ab his in ammiratione  
 habentur. Galienus vero a nonnullis eoru  
 adoratur etiam. Quorum artibus et do-  
 ctis/ hereseos sue impietate nitunt̄ asserē  
 et deceptionib; hoim ignorantium deū sim-  
 plicitate diuinarū scripturarū et sincerita-  
 tate fidei subruunt. Sed hoc faciunt. qz  
 nec vicini effecti sunt dei. Propterea et diui-  
 nas scripturas absq; vllō timore cōtēme-  
 rant: et corrupentes eas emēdare se dicūt  
 Verū ne qui me putent falsa aduersū eos  
 proferre: palā est omnibus noscere: si quis  
 vult exēplaria eorū accipere: et cū aliis ni-  
 hilominus eorū exēplariis cōferre/ inueni-  
 et etiam inter se ipsa multū dissonare: qz  
 vnusquisq; vt sibi videtur emendat. De-  
 niq; asclepiodoti non conueniūt omnino  
 cum theodotis. Tum deinde etiam disci-  
 pulis ipsorū/ si qui forte transcripserūt: qd̄  
 eis visum est/ vel addere licuit vel auferre  
 et omnibus pferūt habere se emēdata/ ma-  
 gis autē inq̄nata exēplaria. Rursum her-  
 mosili exēplaria non cōsonant cum apol-  
 lonidis. Sed ne ipsa quidē sibi ipsis con-  
 cordant/ si priora cum posterioribus cōfe-  
 ras. Semp enī emendāt: quibus semp di-  
 splicet quod emēdant: et noua queq; per-  
 quirunt/ cum eis que in vsu sunt videbū-  
 tur aduersa. Quid autē temeritatis ha-  
 beat istud admissum/ neq; ipsos arbitros  
 ignorare. Aut enī non credunt diuino spi-  
 ritu scripturas esse cōscriptas/ et sunt infi-  
 deles: aut semetipsos arbitrantur sapien-  
 tiores esse spūs sancto. Et quid aliud idicāt  
 per hoc: nisi qd̄ a demone agunt̄? Neq; ei  
 negare possunt factū suū: quando qd̄ eti-  
 am manus eorū in ipsis exēplaribus tene-

## Sextus

antur et nouerint ipsi/ qd̄ a magistris suis  
 et doctoribus scripturarū/ secundum istud  
 corruptelle genus/ etiā explanat iōis susce-  
 perit intellectū. Quidā autē ex ipsis/ nec  
 corrūpere iā scripturas dignati sūt: sed pe-  
 nitus abnegare: legē scilicet et pphetas: et  
 obtentu ipie huius assertionis in vltimū  
 perditionis gurgitem deuoluti sunt. de  
 quib; hec sufficiant hystoris esse mādata.

¶ Explicit liber quintus.

¶ Incipit liber sextus.

¶ Ca. i. de martyrio leonidis patris orige-  
 nis/ deq; ipso origine et ei<sup>9</sup> pclaris gestis.

Tum Seuerus quoq; p-  
 secutiones agitaret ecclesi-  
 is pclara a militib; Christi  
 p pietate certantia marty-  
 ri gerebant: p̄cipue tamē

apud Alexandria: quo ex omni egypto ac  
 Thebaide/ velut in quodā stadiū/ pieta-  
 tis athlete deducebant. Qui pro supplicio  
 rū mortisq; patientia/ cōsequebant a deo  
 immortalitatis coronas. In quibus et leo-  
 nides origenis pater pro martyrio christi  
 capite pleris/ tenē adhuc etatis supradis-  
 ctū puerū derelq̄t. Quiq; qualib; animis  
 ex eo erga diuie legis studia vigerit/ nō  
 erit importunū paucis expōere. Propterea  
 qz et apd̄ plurimos opinio de eo celeberrima  
 puulgata est. Et si quidem velit qd̄ oēm  
 vitā viri huius litterarū tradere monimē-  
 tis/ certū est qz tanta sunt de eo ac talia/ q̄  
 propriū de eo et opus rederant et otium. Nos  
 tamē in p̄senti quāta: possum<sup>9</sup> breuitate i-  
 seremus huic opi/ etiā que ad ipsū spectāt  
 pauca de multis. Que vel ipsius eplis ad  
 nos vsq; seruatis/ vel ex aliorū hystoris in-  
 dicata cognouim<sup>9</sup>. Cuius gesta si res pa-  
 teretur/ etiā ex ipsis cunabulis digna mi-  
 chividentur posteritatis memoria. ¶ De-  
 cimuz nāq; iperū agebat seuerus annuz:  
 Alexandria vero per idē tēpus omniq; egypto  
 p̄sidebat letus: episcopatū i ea post iu-  
 lianum demetrius suscepit: Cum supra  
 modum accenso persecutionis incendio/  
 et multis ea tempestate martyrio coro-

origenes p̄p̄re et iueni/ imp̄e  
 ratoris.



## Libet

natis/intantū ardorē capescendī martyrii puerulus tunc adhuc origenes exarserat/ut sponte se periculis ingereret:z aliis in certamine positus p̄ceps in medios rueret:ita ut insectari ipsam mortē et rapere pelle videretur. Quā et adipisci oīmodis potuisset:nisi q̄ dispensatione dñi ad utilitatē multoz putatur pro totius ecclie edificatione seruatus/p̄ sollicitudinē matris que gloriose mortis ei⁹ desideria īpediuit. Que cū primo maternis obsecrationibus supplicaret/ut sibi consuleret / ut parceret matri:z ille ex his precibus īflāmator ad amorem martyrii redderetur/maxime ex eo q̄ patrē iam teneri cognouisset in vinculis/z ipse propere solius effici vinculoꝝ eius ac martyrii festinaret:arte quadam materni affectus inhibetur. Etenim cū maturare eū pelle et antelucanum prouipere ad agonū certamīa presensisset: noctu cubiculum filii dormientis ingressa / oīa ei⁹ indumēta quibus procedi ad publicū poterat furata subtraxerit:ut p̄ bec domi residere necessitate cogeretur. Ille maternis īpeditus dolis/cū nichil aliud agere posset nec tamen mens quiescere pateret:audet aliquid sup̄ etatē. Ep̄lam scribit ad patrē se quidē maternis artibus detineri: sed illuz tenere debere quod cepit. Et addit etiā bec. Vide pater ne propter nos aliqd̄ aliqd̄ velis. Hec sunt prima puerilia Origenis rudimenta. Hic ludus eius infātie: bec a tenero/religionis/et pietatis inditia. **T**alis in eo erga deū coaluit affectus. Hic iam lectioni se cepit diuinoꝝ voluminum mācipare:z ī eruditōib⁹ fidei diuine semet ipsū haud segniter exercere. Quāquidem iam et aparente in his imbui ceperat: qui ei sensim īter seculares libros quibus ī prima etate erudiebat/etiaz nostraz scripturarū nōnulla interim legenda subiciebat. Tum deinde paulatim etiaz preferre bec scolaribus studiis cōmonebat. Jam inde etiam lectiones exigere p̄ dies singulos z memorie cōmendare/puerū nō inuitum immo potius erga bec discēda promptiorem cogebat. Quippe qui legens bec/nō

## Sextus

solo simplici intellectu videretur esse contentus: sed negotia patri de scripture sensibus ac questionibus cōmoueret. Inquisrens ab eo quid sibi videretur/q̄ per sp̄m sanctuz scriptura dicitur inspirata: vel qd̄ diuini cōsiliū tegat simplicitas ista verborum. At ille simulabat quidez increpare se eum/z petare ultra etatem aliquid querere. Apud semetipsū tamen incredibiliter exultabat: oīpotenti deo gratias referēs/ qui ei talis sobolis esse donauerit patres. Deniqz frequēter dicitur dormiēti puero religiosus et sollicitus superueniēs pater/ operimentū pectoris detraxisse:z velut dei spū intus incluso/pectus eius tanq̄ tēplū quoddā veneratus/z demulcēs osculis abscesse: beatū semetipsū adeo effectuz protante prolis felicitate gratulatus. Hec et n̄ ulta his similia in puerili etate origenis extitisse memorant. Et vero pater ei⁹ martyrio consumatus est: puer ipse cū matre vidua z sex aliis paruulis fribus lepticimū decimū agens etatis annū/in sūma facultatū penuria derelictus ē. Quoniāquidē census paternus qui vel maximus fuerat fisco per proscriptionez sociatus est. Hec tamē ei defuit oīpotentis dei prouidentia. Ob īsigne nāqz v̄ litteraz vel religionis studiū/a quadā nobili z locupletissima femina pfamiliariter foueri cepit. Que tamē Paulū quēdam antiochie ortū/antique hereseos famosissimū sectatorē/adoptiuū domui sue illo in tēpore habebat. In quo adolescētulus Origenes/cū necessitatem haberet apud predictam feminā vna degere/documentuz iam inde a puero fidelissime et catholice sue mentis ostendit. Nam cū ad supradictū vix velut ad magistrum z sūmū noīs doctozē p̄ dies singulos īmense multitudines cōuenirēt/nō solum hereticoꝝ verū z ex nostris multozū/ pro eo q̄ eruditionis ei sūma ab oībus crederet:nullo tamen pacto vel pro honore grā vel etiam pro necessitate coniunctionis/flecti potuit origenes/ut cū eo saltim in oratione cōsisteret. Ita ei a prima etate ecclesiastice regule obseruantia/honora

origenes pau  
per

bilis fuit: et hereticorum societas execrabilis. Sicut ipse in quodam loco operis sui ait/ quod hereticorum execranda doctrina est. Nec tamen deerat ei erga communes litteras studium/ in quibus pater eum erudiendum tradiderat: sed exercitabatur et in his multo attentius/ etiam post consummationem patris. In arte namque grammatica ita fuerat instructus: ut et ad docendum plene sufficeret/ et ex hoc ei que ad necessitatem transigende domus videbantur necessaria pararentur.

**Capitulum. ii. adhuc de origine**

A

Erum cum preesset auditorio et grammaticam doceret/ sicut ipse in quibusdam scriptis suis refert: et cum ecclesie apud alexandriam magisterii deesset officium: cumque omnes deturbati persecutorum minis et ferocitatibus aufugissent/ aliquanti gentiliu conveniebant ad originem/ tunc adhuc grammaticam docentem: audire ab eo verbum de nostra fide ac religione cupientes. Quos ille non solum ad fidem de perfidia convertebat: verum etiam perfecte vite institutionibus informabat. Quorum primus extitit Plutarchus/ qui per ipsum conversus ad fidem nostram non solum perfecte vite instituta servavit: verum etiam (que est summa beatitudinis) martyrii consequutus est palmam. Secundus cum hoc fuit eraclasz natura plutarchi frater et meritis. Qui cum ab eo non solum in fide nostra atque sciencia sed et vite purioris institutionibus ad perfectum fuisset instructus: alexandrine ecclesie preesse post demetrium subrogatus est. Sed ea tempestate qua aquila alexandrine atque egypto presidente/ persecutionum rabies incresebat: octavaudemum Origenes agebat etatis annum: quo in tempore perfamosissimum apud omnes vel incredulos vel infideles domi forisque nomen eius effectum est. Precipue per id quod sanctos omnes in confessionis vinculis positos/ non solum sermone et cohortatione perfecte et spiritualis doctrine ad martyrium roborabat: verum etiam multos suis officiis ac ministeriis/ eviculorum penis et squalore carceris subleuabat. Sepe denique etiam ante tribunalia iudicum/ et in ipsis eorum cru-

ciatibus aderat/ adversum profanas interrogationes iudicum/ affectu eis ac mente compatiens. vultuque et nutibus si dici potest/ velut firmiores eis responsiones subicere gestiens. Sed et cum sententiam suscepisset eadem fiducia pretebatur: omnibus se periculis inferens/ nec trepidans persecutoribus inventibus/ extremis quoque oculis martyres salutare: ita ut nonnumquam pro his etiam impetus in eum gentiliu fieret. Sed divina dextera cum admiratione omnium protectus evadebat. Verum nec enumerari facile nec referri potest/ quotiens et quomodo crebro imo per singulos pene dies/ de quantis eum et qualibus periculis/ dum erga predicationem verbi dei impiger et promptus est eadem illa divina dextera conseruavit: quotiens in insidiis positus qui eum clamiterumerent/ effugit. Et intantum adversus sedum in opus dei promptus est/ infidelium concitavit insaniam: ut turme militum disposite/ domum in qua commanere videbatur/ obsederint. nec tamen eum capere aut tenere potuerint/ divina protectione servatum. Tanta rabies contra eum mentes hominum inceserat/ pro hoc solo quod plurimos per eum videbant ad fidem nostram ab incredulitate converti: Et intantum quotidie adversus eum persecutio cumulabatur: ut tota urbs maxima alexandria eum tegere non posset: sed de domo ad domum transiret: et tamen undique fugaret: cum viderent per loca singula multitudines plurimas per eum ad fides dei sociari. Obtinebat autem hoc/ quia non solum in verbo erat ei perfecta doctrina: verum etiam in opere consummate discipline prebebat exempla. Et dicebatur sicut aiunt de eo/ quia hic est qui quale habet verbum tale habet vitam: et quale habet vitam tale habet verbum. Quia que docet agit. et quod agit hoc docet. Manifeste autem et euidenter aderat ei divina gratia/ per quam innumeros ad imitationem sui in fide dei prouocabat. Unde videns demetrius episcopus/ quod ad ipsius precipue doctrine gratia et predicationis verbi dei/ multitudines plurime conuolaret: et catechizans

origenes docet  
grammaticam.

## Liber

di ei id est docendi magisterium in ecclesia tribuit. Quod primus post apostolos apud alexandriam panthenus / Secundus per ordinem Clemens / Tercius amministrauit Origenes ipsius discipulus clementis. qui clemens in opere Stromateo ubi etiam tempora quibus libros describebat probe mihi designauit. ad fines imperii commodi pertendit. Unde certum est / quod seueri tempora hec ipsa que nunc habemus in manibus continebat. Qua tempestate etiam iudas quidam alius scriptor / de septimanis que in Daniele referuntur disseruit. Qui et ipse decimum Seueri imperatoris annum regni commemorat. Is etiam diuulgatam antixpi presentiam iam iamque existimans imminere ex persecutionum nimietate / multorum ex nostris fidelium animos perturbauit. Igitur origenes iniuncto sibi a demetrio episcopo magisterii officio / grammatice scolaz negligere cepit: magis se verbo dei conferens. Utitur sane etiam consilio non puerili. Bibliothecam gentilium librorum tradit cuidam fidei amico pactus cum eo quattuor sibi obolos ex eius precio per dies singulos inferri: quo scilicet nec grauis esset cuique sustentanda victus necessitate: nec congregatam pecuniam domi reseruare uideretur. Igitur in talibus institutis / plurimum temporis erigens / uita / moribus / exercitiis / per omnia christianus philosophus habebatur. Cum et pro iuuenilibus cupiditatibus reprimendis / et pro sapientie profectibus capescendis / die noctuque artioribus se abstinentie constringeret frenis: et indefinenter diuinorum librorum meditationibus inhereret. In abstinentia plurima / in ieiuniis indefinitibus / in uigiliis pene iugibus: ita ut si quando parum aliquid somni necessitas naturalis exigeret: hanc ille non supra stratum quo omnino nullo utebatur / sed supra nudi soli dependeret superficiem. Ante omnia uero precepta euangelica et uoces saluatoris summo amore et studio / implendas esse censebat: quibus precipit duas tunicas non habendum / neque calciamentis utendum / neque de crastino cogitandum. Que ille singula summa cum dili-

## Sextus

gentia in fide contendeat explere. Et supra uires atque etatem suam secundum apostoli monita in frigore et nuditate agones patientie desudabat. Ita cunctis auditoribus suis / renuntiandi omnibus que possidebant / et beate paupertatis prebebat exempla. Erat igitur per hec carus omnibus acceptus. In hoc uero nonnullos offendens / quod cupientes de facultatibus propriis aliquid sibi saltim victus gramministrare / pro districta continentie disciplina refutabat. Cum utique per laborem quo in uerbo dei desudabat / non solum duplici secundum apostolum / sed et multiplici honore dignus ab omnibus duceret. Sed ille honorem sibi summum in continentia deputabat. Denique per multos annos tradit absque omni calciamento nudis incessisse uestigis. Uini quoque usus ceterorumque similium / nisi ea sola que uite necessitas deposcebat / nullum penitus habuit: usque quo incommodo stomachi / imo iam pene periculo cogaret. Talibus igitur uite atque instituti sui exemplis informans eos quos a gentili uita et stulta philosophia ad ueram christi philosophiam sapientiamque conuerterat / non solum in intimis anime archanis fide habere docuit / per hoc quod geri ab eo uidebant que docebantur: uerum etiam ad martyrii eos amorem / per ea quibus quotidiano roborabantur exercitio prouocabat. Ex quibus et multi comprehensi in persecutione / palmam martyrii consecuti sunt.

¶ Capitulum. iiii. quod eschola origenis multi martyres prodierunt.

In his primus erat plutarchus / de quo superius memorauimus. Quem cum uidisset populus ad mortem duci / et assistere ei originem / que hortatu suo ad magnanimitatem animos eius erigeret: uelut mortis eius auctorem discerpere eum pene et interficere uulgus irruerat: nisi et tunc ope diuine prouidentie e furentium manibus fuisset ereptus. Post plutarchi martyrium secidus ex Origenis discipulis martyr efficitur Serenus. Tertius ex eius nichilominus auditoribus Eracles martyrio coronatur. Quartus Heros neofitus.

origenes in  
multis pedit.

## Liber

**N**am supior seren<sup>9</sup> adhuc catecumín<sup>9</sup> cō  
sūmatus est. Quintus eiusdē scōle mar/  
tyr efficitur alijs nomie Serenus. Qui  
post multa supplicia pro chřsto etiā capi  
te plexus traditur.

**C**ap. iiii. de potamiana martyre orige/  
nis discipula.

**E**d et mulieres plurime. In quib<sup>9</sup>  
erat quedā catecumina de qua ip/  
se in quodā loco ait/ q<sup>d</sup> ignis baptisma cō  
secuta sit. Sed et potamiana famosissima  
feminariū et martyriū: et ipse eius carnifer  
Basilides. Et enī in nostrā vsqz memo/  
riam/ ab incolis loci/ perennis virtutū po/  
tamiane fama celebratur: q<sup>d</sup> imensos in  
numeros agones primo pro virginitate z  
pudicitia desudauerit. Deinde etiam pro  
martyrio/ exquisita atqz inaudita tormē/  
ta pertulerit. Atqz ad vltimū vna cū vene/  
rabili matre marcella/ ignis suppliciiis cō/  
sūmata sit. Tradunt igitur aquilaz (hoc  
enī erat tyrānicū iudicis nomē) poste aq<sup>d</sup>  
crudelibus eaz suppliciiis lacerauit/ ad vl/  
timū ob iniuriā et nobilitatis eius z casti/  
tatis cōminatū esse potamiane/ q<sup>d</sup> eā vel  
crudelissimis gladiatorib<sup>9</sup>/ vel impudicis  
simis lenonib<sup>9</sup> traderet. At illam/ cum ab  
ea quid mallet vel quid eligere quererē  
p:otulisse aduersū tyrannū vocem liberā/  
q ob supstitutionē romani ritus sacrilegari  
deretur. Et ideo sine mora in eam illataz  
esse sententiā. Cūqz basilides vnus ex iis  
quibus implere spiculatoris officiiis mos  
est susceptaz eam duceret ad suppliciiū/ ac  
multitudo impudicoz pariter et impioz  
potamiane/ verbis et iniuriis conarentur  
illudere: Basilides abigere impudentius  
irruentes ac deturbare cepit/ humanita/  
tis et miserationis obtentu. At illa religi/  
osum viri votū erga se et propositū bñan/  
tatis amplexa/ certus esto (inquit) q<sup>d</sup> cum  
abiero ad dñm meū/ sine mora boni hui<sup>9</sup>  
tibi remunerationē parabo. Post hec autē  
verba/ pstanter suscepit statuta supplicia  
piciis calide paulatim per artus ac mēbra  
diffuse. Et hoc modo beata virgo e terris  
migravit ad celū. Non multis autē post

## Sextus

**d**iebus Basilides cum inter collegas su/  
os ob causam quandā iuramentū poscere  
tur/ a it sibi nō licere oīno iurare/ pro eo q<sup>d</sup>  
esset xpianus. Et hoc publice fatebat. Jo/  
co estimatus est primo dicere. Tū deinde  
cum cōstantius affirmaret/ pertrahit ad  
tribunal. Abi cum perseuerasset in cōfessi/  
one/ vinculis traditur. Tū vero visitanti/  
bus eum nostris/ et causam subite ac lau/  
dabilis huius pmutationis iquirentibus  
dixisse traditur: q<sup>d</sup> potamiana post diē ter/  
tium martyriū sui/ noctu assistens. coronā  
capiti suo imposuerit: dicens deprecata se  
pro ipso dñm/ et impetrasse: vt secundū q<sup>d</sup>  
scriptū est quia qui recipit martyre merce/  
dem martyris cōsequetur. Quibus audi/  
tis cōfestim fratres signū ei dominicum  
tradūt/ et die postera ob dñi martyriū/ ca/  
pite puniūt. Sed et alijs pluribus per illud  
tēpus apud Alexandria cōdiscipulis suis  
cum quibus verbo dei in origenis scola op/  
am dederat potamiana/ simile mun<sup>9</sup> tra/  
ditur prestitisse assistens eis per visum et  
coronas martyrii impetratas a dño defe/  
rens: sed de his ista sufficiant.

**C**a. v. q<sup>d</sup> origenes se castravit.

**S**itur per idē tēpus cum docendi  
officio apud alexandriam preeffet  
Origenes/ gestū quid ab eo traditur/ qd  
iuuenilis fortasse et minus pfecti sensus  
videatur: s; pfecte fidei ac nimie castitatis  
inditiū continens. Illud nanqz quod scri/  
ptum est in euāgelio/ quia sunt eunuchi  
qui se ipsos castrauerūt ppter regnū dei/ eti/  
am secundū hystoriā implendū credidit  
non solum castitatis obtentu: verū quoniā  
psecutiōis tempore tam ī publico q<sup>d</sup> in oc/  
culto ac secreto/ z tam viris q<sup>d</sup> feminis per/  
bum dñi predicabat/ videlicet quo omēm  
occasionē turpis maledicti gratia infideli/  
bus videretur excludere: dominicā vocem  
re atqz ope ī semetipso aggressus est īple/  
te. Cūqz id pro eo ne ab hoibus laudem  
quereret/ sed a deo mercedē sparet. ī oc/  
culto esse voluisset: tamē latere nō potuit/ s;  
rei geste inditium ad Demetrium episco/  
puz puenit. Isqz ingēti primo stupore an/

miratus est audacis animi virtutē. Tū de  
inde collaudans fidei eius magnitudinē  
vel calorē/et tam grande in opere dei ppō  
sitū/ Hunc maxime ait cepto operi doctri  
ne z pdicatiōis insiste: quando aduersari  
is nulla obstrictandī suspitio derelicta  
est. Sed tūc quidē talis erat demetrii sen  
tētia/ cū nichil animos icesserat/ quod re  
cti iudicii regulā in partē alterā dclinaret  
Postea vero cum vidisset adolescentis fa  
mam satis fieri clarā/et magno eū domi  
forisqz preconio extolli: humane ifirmita  
tis aliquid pass⁹/opus quod ipse prius cū  
ingenti amiratione laudauerat/ infama  
re postmodū cepit. Nam cū apud palesti  
nam p̄cipui et eminentes inter episcopos  
viri/ id est ierosolimoꝝ alexander/et theo  
tistus cesaree/ videntes diuinū opus eius  
in verbo dei/ ordinassent eū presbiterū/ ac  
sūmo eum sacerdotio iam iāqz dignū pro  
barent: idqz dignissime factū ab omnibus  
laudaretur: et ne sic quidē dignus honoz  
sapientie eius ac virtutibus in euz collat⁹  
diceretur/ vehementissime momordit hic  
sermo demetrium. Et non inueniens in  
euz causam alterius criminis/ hoc quod  
aliquādo puer adhuc ille egerat/ z episco  
pus iāz iste laudauerat/ postmodū crimi  
nis loco ptulit. etiam in illos culpā q̄ euz  
ordinauerant conatus iflectere. Sed bec  
postmodū gesta sunt. Tunc porro Orige  
nes apud alexandriā doctor ecclesie valde  
clarus habebatur: omnib⁹ quos fama ei⁹  
ad audiendū eū cōuenire prouocabat/ per  
bum dei predicans: sicut apostolus dicit/  
oportune/ iportune/ per diem/ per noctem  
publice et priuatim. velut abscessis oibus  
impedimentis/ liber proorsus z cum omni  
fiducia rem gerebat. Cum vero decem et  
octo annis Seuerus tenuisset imperiūz  
Antoninus ei filius succedit. Quo in tē  
pore tamq̄ plurimi erant qui in confessio  
nibus gloriā quesierant/ dei tamen p̄  
uidencia fuerant reseruati.

Cap. vi. de narcisso viro sc̄to hierosoly  
moꝝ episcopo.

In quibus Alexander de quo pau

lo ante memorauim⁹/ confessionis titu  
lo satis clarus/ Jerosolimoꝝ ecclesie  
subrogatur episcop⁹/ cū superesset adhuc  
narcissus q̄ prius inibi fūctus ē pontifica  
tus officio. Neqz qm̄ narcissi memoriaz ser  
mo progrediēs attulit/ cōgruū michi vi  
det aliquid de eius gestis insignibus me  
morare: de quo ab incolis quidē loci/ p̄ plu  
rima memorie tradūtur. Nos vero p̄num  
opus eius memorabimus: ex quo ceteris  
que de eo narratur merito fides possit ab  
hiberi. Accidit aliquando in die solenni  
vigiliaꝝ pasche/ oleū deesse luminaribus  
Quāz id per ministros innotuisset/ meroz  
plebi maximus fuit. Sed narcissus fide  
fidens ministris i perat haurire aquam  
sibi qz deferri. Quāz ptulisset/ orauit et  
benedixit aquā/ et infundi luminaribus p̄  
cepit. Tūc repente miro et sc̄i sic sc̄is iau  
dito genere virtutis/ natura aque i olei p̄  
quedine versa splendorē luminum etiam  
solito reddidit clariorē. Ad fidez aut̄ rei a  
plurimis religiosoz fratru/ ex eodem oleo  
quod persū de aqua fuerat reseruātū est:  
ita vt ad nos vsqz miraculi huius indicium  
perueniret. Et in hoc quidē fidei eius ac  
meriti habebatur exēplū. Animi vero vir  
tus quanta in eo fuerit alio nichilominus  
vno de eius gestis opere declarabitur. Is  
nanqz cū inter cetera virtutū suarū bona  
esset valde constantis ai/ et iusti rectiqz  
indeclinabiliter tenax: quidam homūculi  
nequā male sibi conscū metuentes ne cri  
minū suoz si arguerentur nō possent effu  
gere vindictā/ preueniūt factionibus et cir  
cūuenire parant eū cuius iudiciū verebant  
Eō cinnāt igitur aduersū eū infame satis  
et notū crimē. Conueniūt auditores/ te  
tes ex semetipsis producūt qui sub sacra  
mento iuramenti que obiciebātur confir  
marent. Quoz vnus testis ita vt non igni  
consumeret vcre se dicere testabatur. Ali  
us ita ne regio morbo corumperetur. ter  
cius ita ne luminibus orbaret. Et quāuis  
ne iuramētis quidē istis quisq̄ fidelium et  
deū timētū crederet/ eo q̄ vita narcissi et  
institutio ac puācicia ab omnibus noce

ret ipse tñ eoz que mota sunt indignitatem ac molestiam non ferens/simul et secreta ac philosophicaz vita sepe habere desideras subterfugit ecclie multitudinē/et in desertis locis.atqz agellis secretioribus delitescit annis q̄ plurimis. At non ille magn⁹ diuine prouidencie oculus quiescit in longū. sed in impiosyptionē per ea ipsa que sibi in periurijs statuerat maledicta molitur. Primum nāqz ille testis/parua ignis scintilla/noctis tēpore domo sua succensa cū omni genere omiqz familia flāmis ut triticibus cōflagrauit. Alius repēte ab imis pedib⁹ vsqz ad sūmū capitis verticē morbo regio quo fuerat iprecatus repletur atqz cōsumit. Tercius autē prioz exitū vīdens/et oculū diuinū nō se latuisse pspitens/prūpit in mediū:et audientibus cunctis sera penitentia vniuersū pcinati sceleris ordinē pandit. Tātis autē lacrimis immanis cōmissi facinus deflet:et in tantuz die noctuzqz perdurat infletibus/vsqz quo luminibus orbaret. Hū igitur figmentū sui huiusmodi penas dederunt.

Cap. vii. de nōnullis ep̄is hierosolimoz.

Arcissus vero cū ita d̄sertū petisset: ac locis semet secretioribus abdisset/ut vbinā degeret nullus agnosceret necessariū vīdū est ep̄iscopis/ut aliū pro ipso ordinarent/cui nomē erat Dius. Cuiqz cum paruo tēpore p̄fuisset ecclesie/succedit germanius. Et germanio ingordi⁹ Cū ecce subito velut rediuius celoqz reditus/ex iprouiso apparuit narcissus. Et rursum a fratribus ad p̄sidentū rogatur ecclesie. Multo em̄ vehementi⁹ erga euz amor oim fuerat incitatus/vel p̄ eo q̄ criminosis innocens cessit/vel q̄ secretam et philosophicā vitaz dilexit:et q̄ in eo cōpleuit dñe dicens/michi vindictam/ego retribuam dicit dominus.

Cap. viii. de alexandro qui narcisso hierosolimoz ep̄o adhuc viuētī mira dei vocatione subrogatur.

Erum cū ipse iam senio festus pontificatus ministerio sufficere non posset:Alexandrū de quo supius memora-

uimus/qui iam esset ep̄iscop⁹ alterius loci/diuina dispensatio in adiutorū narcissi senis euidentissimis reuelatiōibus euocauit. Is nāqz alexander ex gente capadocū vbi erat/precare vrbis ep̄iscop⁹/Jerosolimā adorandi et sanctorū locoz vidēdi gratia/pperauerat. Quē loci icole mētes eoz instigante deo/cū omī amore et officiositate suscipiūt/ac vī caritatis et dilectiōis nexibus vīctū/domū redire nō sinūt. Ostendebat em̄ euidenter a d̄ nō/nō solū ipsi beato viro narcisso/sed et alijs plurimis p̄ reuelatiōes implebe/vt ipzī loco sc̄to ep̄z detinerēt. Preterea qđ supra cetera oīa magis terrificū fuit/eo die quo ingressurus vrbem alexander nuntiatus est/et multitudo fratrum plurima extra portas in occursum eius egressa est:vox celitus manifestissime oibus audientib⁹ facta est dicens. Suscipite ep̄m/qui vobis a deo destinatus est. Cūqz ex his oibus euidenter apud cunctos fuisset dei dispensatio declarata/ep̄i scopi vrbū vīscinaz cōpertis oibus q̄bus de eo res geridei iudicio docebat/residere inibi eū necessario compulerūt. Ipse ergo alexander ī ep̄istolis suis ad antiochias scriptis/que vsqz ad p̄sens seruant apud nos meminit narcissi tanq̄ socii et cōsortis in ep̄iscopatu:his ipsis verbis de eo scribens. Salutat vos narciss⁹/qui ante me ep̄iscopatū huius ecclesie regere cepit: quiqz mecū positus/orationibus vestris/cētū iam et. xvi. annos vite sue gerit. Qui et ipse vos mecū pariter deprecatur esse concordēs. De his quidez talia. Apud antiochiam vero defuncto serapione ep̄iscop⁹/Asclepiades loci illius suscepit sedē. Qui et ipse vnus exp̄claro cōfessorū numero fuit. Meminit etiā huius ordinatiōis supradictus alexander/antiochenis scribens hoc modo. Alexander seruus et vinct⁹ iesu christi/beate ecclesie que ē apud antiochiā in dño salutē. Releuauit dñs p̄neula mea/et carceris huius mei dilatauit angustias/et cōperi sancte ecclesie vestre asclepiadē vrbū dignissimum sacerdotiuz suscepisse. Hanc autē ep̄istolā indicat se per elemen-

## Libet

sem antiochene ecclesie presbiterū transmi-  
sisse/scribens in fine epistole hoc modo.  
Hec autē vobis dñi fratres scripta trans-  
missi per clemētē beatū presbiterū/virū in  
oib⁹ partib⁹ etiā pbatissimū. Quē nostis  
vosz eo āplius cognoscetis. Cui⁹ p̄sentia  
ap̄d nos per dei p̄videntiā p̄curata/z p̄fir-  
mauit et auxit ecclesiam dñi.

**Ca. ix. de serapione z eius scriptis.**

Videtur serapionis episcopi eruditi  
virī/puto quidem etiā alia opuscu-  
la apud alios haberi. Ad nos autē illa tā-  
tūmodo venerunt que ad Dōnū quendā  
scribit: qui in tēpore p̄secutiōis a fide x̄p̄i  
recedens/ad sup̄stitionē iudaicaz decli-  
navit: et ea que ad pontiū et ad cariciū ec-  
clesiasticos viros scribit. Et alie nihilomi-  
nus eius sūt ad alios epistole. Sed et ille  
liber venit ad nos quē scribit de euangelio  
Petri: vbi arguit quedam falsa in eo con-  
scripta/ emēdare cupiens fratres qui erāt  
apud Rossū/ qui p̄ occasionē scripture ip-  
sius in heresim declinabant. Dignū tamē  
videtur michi pauca quedā de eius libello  
inserere: ex quib⁹ inotescat/ que fuerit ei⁹  
de ipsa scriptura sententia. Scribit ergo in  
quodam loco ita/ Nos em̄ fratres / et pe-  
trū z alios apostolos recipimus sicut x̄p̄s  
Que autē sub eoz noīe falso ab aliis con-  
scripta sunt velut gnari eoz sensus ac sen-  
tentiē declinamus. scientes q̄ talia nobis  
nō sunt tradita. Ego em̄ cū essē apud vos  
putabam omnes recte fidei esse inter vos.  
et non decurso libello qui michi offerebat  
in quo noīe Petri conscriptū euangelium  
ferebat dixit: Si hoc est solū quid inter vos  
simultatē videtur inferre/ legatur codex.  
Nunc autē cōpto q̄ ii qui codicem illū le-  
gē debere assert̄/ p̄spectu cuiusdam oculi-  
te hereseos/ hoc fieri poposcerit/ sicut mibi  
dictuz ē: festiabo itez venire ad vos. Nos  
em̄ nouimus fratres cui⁹ hereseos fuerit  
martian⁹: qui etiā sibi ipsi cōtrarius extit/  
non intelligēs que loqueret: que etiā vos  
discetis ex iis que scripta sunt vobis: inue-  
stigata per nos/ ab illis q̄ hoc ipsū euange-  
liū secundū illius traditionē didicerant: z

## Sextus

successores extiterunt sentētie ei⁹: Quos  
nos locetas vocam⁹ quia in hac ipsa doctri-  
na illorum/ sunt quāplurimi sensus et ab  
ipsis mutati. Nā certū est q̄ plurima scdm  
recti rationē sentiūt de saluatore. Aliave-  
ro aliter: q̄ subtecim⁹. hec serapio scribit.  
**Ca. x. de quodam clemēte z scriptis ei⁹.**

Clementis vero libri habentur plu-  
rimi: apud nos tamen hii sunt qui  
inueniri potuerūt. Stromatum libri octo:  
quos hoc modo p̄titulauit. Titī flauī cle-  
mētis de vera philosophia cōmentarii sci-  
entie stromata. Stromatū autē nos pos-  
sumus itelligere tanq̄ opus varie cōtextū  
Sunt et alii eiusdē p̄potipos con libri. viii.  
quos nos possum⁹ informationū vel dis-  
positionum noīare. In quibus noīati p̄ā-  
theni meminit/ tanq̄ p̄p̄rii magistri: et ex-  
positiōes ipsius plurimas scribit. et tradi-  
tiones eius opi suo inserit. Est etiā liber ei⁹  
adigētilis exhortatorius. Et alius liber q̄  
dicitur Pedagogus. Et alius qui super-  
scribit q̄s est qui possit saluus fieri diues.  
Est z ali⁹ libell⁹ de pasca/z disputatio de  
ieiunio. et de obtreccatione. Et ali⁹ exhor-  
tatorius ad paciētiā. Et alius ad neofi-  
tos. Sed et ille q̄ superscribit canon ecclesia-  
sticus. Itē alius de iis qui iudaicaz sensuz  
in scripturis sequūt. quē ad alexandrū su-  
pradictū ep̄s scribit. In stromatib⁹ autē/ nō  
soluz ea que ex diuinis scripturis sumpse-  
rat sternit/ sed et ea q̄ apud grecos aucto-  
res habent. Utile nanqz ei visuz est in il-  
lo ope cōparare ac conferre sibi iuicē dog-  
mata: vel ea q̄ diuinit⁹ sancita sunt/ vel q̄  
a sapiētiā grecoz iuenta/ vel etiā q̄ ce-  
teris barbaris visa sunt. Arguit etiam he-  
reticorū errores. Hystoriam quoqz inibi  
plurimā texit: z ex oib⁹ materiā nobis eru-  
diticis p̄fecte p̄posuit. Unde merito libros  
suos stromatas appellauit: id ē lacini-  
sa quadā z varia diuersitate p̄textos. Uti-  
tur s̄c̄e exēplis etiā ex iis libris. q̄ a nōnul-  
lis minimē recipiendi videntur: id est ex  
sapiētia que dicit Salomonis: et ex sapi-  
entia Syrac/ q̄ appellat ecclesiastic⁹ ap̄d la-  
tinos. S; z de barnabe z clementis episto-  
g ii

Stromata

g

la ponit exempla. Utitur etiā de epistola iude. Meminit preterea et scriptorum antiquorum. Tatiani cuiusdam et Cassiani: velut qui chronica scripserint. Philonis quoque et Aristoboli / et Iosephi ac Demetrii / et Eupolemi / iudeorum scriptorum: Conferens etiam antiquissimis grecorum / moysaicum et iudeorum genus antiquius esse comprobat. Multaque alia instrumenta optimarum institutionum illo opere cōtexuit. Et iterum hoc in primo libello indicat / quod ipse non longe post apostolos fuerit. Promittitque cōmentarios se in genesi scripturum. In libello autem quem scribit de pascha / cōfiteatur extorqueri sibi a fratribus / ut ea que a presbiteris id est a successoribus apostolorum voce sibi sola tradita sunt / describeret in libris ac posteris traderet. Meminit ibi melitonis et hyrenei. ceterorumque quorum etiam quasdam narrationes inseruit. In libris vero hypothiposicon id est informationum / ut breuiter dicam vniuersam pariter scripturam diuinam compendiosis disertationibus explanauit. In quibus ne ea quidem que apochrypha a quibusdam habentur preterit. Et est petri reuelatio. De epistola vero ad hebreos ita disserit / quod manifeste pauli sit apostoli: scripta sit autem hebreo sermone tanquam hebreis / a luca vero qui erat pauli discipulus interpretata in grecum. Unde et stilus eius magis similis videtur libello illi quem lucas de apostolorum actibus scripsit. quod autem superscriptionem solitam inibi non habet / id est paulus apostolus / hoc esse rationis ostendit: quod preiudicatum hebreis erat de pauli nomine / ne eius dicta susciperent. Et idcirco prudenter declinasse / ne statim in principio / pauli nomine inspecto / lectio eius repudiaretur. Post pauca vero addit etiam hec. Et sicut inquit beatus presbiter dicebat / quia dominus christus / apostolus omnipotentis dicitur missus ad hebreos. Pro humilitate ergo paulus qui ad gentes fuerat destinatus / non scripsit semetipsum hebreorum apostolum: vel propter honorem domini qui se missum dixerat ad oues israel / vel quia gentium videbatur a postolus. Exponit preterea idem Clemens in ipsis libris

bellis de ordine euangeliorum traditionem sibi a senioribus presbiteris traditam: et dicit priora esse posita illa euangelia / que de generationibus continent: id est mathei et luce. Iam vero fuisse euangelium secundum marcum / huiusmodi: Cum petrus rome publice predicasset verbum dei / et in spiritu exposisset euangelium / auditores rogasse marcum quod olim iam sectator ipsius fuisset / conscribere ea que sciebat ab apostolo predicata. Cumque id factum petrus post modum cognouisset: licet fieri ipse non iusserit / tamen factum non prohibuerit. Iohannem vero postmodum dicit cum vidisset quod ea magis que secundum carnem sunt in euangelis haberent / deprecatum a discipulis / scripsisse etiam que ad spiritum pertinent. Unde et repletus spiritu / euangelium spirituale cōscripsit. Hec clemens. Alexander vero de quo superius memorauimus / Clemens simul et Pantheni ad originem scribens meminit: velut qui sibi etiam in corpore notati fuerint. Scribit autem hoc modo. Hoc enim et voluntatis dei fuit sicut ipse nosti / ut amicitie que michi a presbiteris fuerunt / inuiolate durarent. imo vero et ardentius ac robustius augerent. Patres autem nouimus beatos illos que nos precesserunt / ad quos paulo post nos etiam abiimus. Panthenum dico dominum meum / vere beatum: et sanctum dominum meum clementem: que me in multis instruxerunt. Sed et si qui alii tales sunt / pro quos etiam te cognoui virum pro cuncta egregium / et dominum michi et fratrem. Hec quidem ita se habent. Ad amantissimum autem (erat enim hoc nomen origeni) cum pro illud tempus zepherinus romane ecclesie presideret / Romam venit: sicut ipse in quodam loco scripsit dicens: potui sibi fuisse ut antiquissimam romanorum videret ecclesiam. Ubi non multo tempore pacto / ad iniunctum docendi officium Alexandriam redire festinat. Ibi quoque cum omni sollicitudine et studio religioso / susceptum operam explebat. Demetrio tunc episcopo non solum cohortante se et confortante / verum etiam preferente: quatenus fratribus diuine eruditionis non deesset instructio. Cap. xi. de heracla ab origine preceptore suo in partem sollicitudinis assumpto



## Liber

¶ **¶**terea cū videret Origenes se nō sufficere ad oīa: id est rel iprofundioribus et diuinioribus ptractandis/rel in sancte scripture explanatiōibus diiferēdis/vel etiā in eoz qui quottidie fidei addebāt instructiōib<sup>9</sup> v<sup>l</sup> institutiōib<sup>9</sup> adiplēdis. Ex qb<sup>9</sup> oībus ne respīrare qdē ei pni<sup>9</sup> sal<sup>9</sup> tim hore liberū tēpus dabatur/dū semper ex aliis in aliarocaret/itayt a pūma luce p: qz ad pfundā vesperā nunq̄ cessaret auditoriū suū/aliis vero nō recedentib<sup>9</sup>. Dū verbi dei dulcedine colligati sūt/vtiliū esse ratus ē/segregare incipientiū turbas. Et pni ex discipulis suis/plene iam et optime instructo viro/atqz in oībus virtutibus sibi pbato **¶**eracle tradere/participēqz eū officii sui ac laboris assumere. Erat em̄ in sermone disertissim<sup>9</sup>/et in oībus philo<sup>9</sup>phicis eruditiōib<sup>9</sup> appime institut<sup>9</sup>. Huic ergo tradēdi pūma elemēta insipientib<sup>9</sup> delegat officiū. Sibi vero perfectoz instructiones reseruat.

culum ad palatium iubet. Et ingressus ait  
Imperator: subire mortem si iubeas para-  
tus sum: opus vero quod precipis implere  
non possum. Cumque edocuisset cuncta de  
muliere/repressit imperatoris insaniam.  
¶ Capitulum. vi. de moyse quodaz quē regi-  
na saracenorū poposcit fieri episcopū ale-  
xandrie qui uehemēter et palā lucū ppter  
suas psecutiones increpauit.

Et idem tempus ecclesia velut per  
secutionis igne conflāte purior au-  
ri metallo refulgebat. Non enim in verbis  
vnius cuiusque fides / sed in exiliis et carceri-  
bus probabatur: quia nō honori erat catholi-  
cum esse sed pene precipue apud Alexan-  
driam/ Ubi ne sepeliendis quidēz corpori-  
bus mortuorū libera facultas fidelib⁹ erat  
Que dum Lutus omni arrogancia et se-  
uitia gereret/ Hauia Saracenorū gē-  
tis regina/ uehemēti bello Palestini et ara-  
bici limitis oppida atque vrbes quater/ vi-  
cinasque simul vastare puicias cepit. Cūque  
frequētibus bellis Romanorū attriuisset  
exercitus/ et plurimis peremptis/ reliquos  
vertisse in fugam/ orata pacem non aliter  
se amplexuram promittit: nisi moyses qui-  
dam nomine monachus genti sue ordina-  
retur episcopus. Qui in heremo partibus  
suis propinqua vitam solitariā ducēs me-  
ritis et virtutibus ac signis quae faciebat deus

## Undecimus

per illuz/ magnifice innotuerat. Petitiō ei⁹  
principi indicata Romano/ sine ulla dila-  
tione iubetur impleri. A ducibus nostris qui  
ibi infeliciter pugnauerant/ captus Moy-  
ses ad sacerdotiuz suscipiēdū Alexandria  
ex more deducit. Adest Lutus/ cui ordinā-  
di deferebatur officiu. Quo viso/ Moy-  
ses presentibus ducibus qui perurgebant  
et populis ait: Ego quidem me non esse di-  
gnū tanto sacerdotio iudico. Verūtamen  
si aliqua in melicet indigno diuina dispē-  
satio putatur explēda/ deum nostruz celi  
ac terre dñm testor quod Lutus sanctorū san-  
guine pollutas et cruentas super me nō in-  
fiet manus. Cumque Lutus tam graui no-  
ta iniustum se videret in oculis plurimorū  
Quare inquit o Moyse tam facile cōdē-  
nas eum cuius fidem ignoras? Aut si tibi  
aliquis de me aliter indicauit/ audi fides  
meā/ et tibi ipsi magis quā aliis crede: Tuz  
ille. Desine inquit o Luti dolosis tuis me  
quoque imaginibus aggredi. Bene michi  
nota est fides tua: quā protestantur serui  
dei per metalla dānati. Episcopi in exilium  
trusi/ presbiteri/ diaconi extra christiani no-  
minis bitacula relegati. Bestiis alii/ alii  
etiam ignibus traditi. Nūquid potest ve-  
rior esse fides que auribus capitur/ quā que  
oculis peruidetur? Apud me certum est quod  
qui christo recte credunt/ ista non faciunt.  
Et ita maiore dedecore deformatus (quā  
perurgebat necessitas rei publice consulē-  
di) compulsus est acquiescere/ ut ab episco-  
pis quos in exilium truserat sacerdotium  
sumeret. Quo suscepto/ et gentis ferocissi-  
me pacem tenuit/ et fidei catholice custodi-  
uit intemerata consortia.

¶ Capitulum. vii. de didymo qui quibus luminibus  
orbatus esset in omni tñ scia non pa-  
rum pfectit quē consolatus est anthonius  
super oculoꝝ amissione.

¶ Erum cū apud alexandriaz popu-  
los et urbem/ nebulosi ductoris te-  
tra perfidie caligo suffunderet/ velut lam-  
padam quadā diuina luce fulgentē. Di-  
didimum dominus accendit. De cuius vita

## Liber

atq; institutis (quonia ad ecclesie gloriā  
d ei munere concessus creditur) licet intrā  
cursu: necessario tamen cōmemoranda nō  
bis pauca videntur. Is nāq; in parua eta  
te/cum etiam adhuc prima litterarū igno  
raret elemēta/luminibus orbatus/maio  
re desiderio scientie veri luminis inflam  
matur/nec desperationē cupita ad ipiscen  
di passus est: cū audisset in euāgelio scrip  
tum quod apud homines impossibile est/  
possibile est apud deū. Hac igitur diuina  
pollicitatione confusus/indefinenter dñm  
precabatur/nō vt oculorum carnaliū visū  
sed vt illuminationē cordis acciperet. Qui  
scebat tamen precibus studia ac labores: z  
iuges continuatasq; vigiliās/nō ad legē  
dum sed ad audiēduz adhibebat: vt quod  
aliis visus hoc illi conferret auditus. Luz  
vero post lucubrationis laborē somnus vt  
firi solet legētibus adueuisset/ Didimus  
silentium illud non ad quietem velocium  
datum ducens/tanq̄ munduz animal ru  
minans/cibus quem ceperat ex integro re  
uocabat: et ea que dudum percurrentibus  
aliis ex librorum lectione cognouerat/me  
morā et animo referebat: vt non tam au  
disse que lecta fuerāt/q̄ descripsisse ea mē  
tis sue paginis videret. Ita breui/deo docē  
te in tantam diuinarū humanarūq; rerū  
eruditionez ac scientiam venit: vt scole ec  
clesiastice doctor extiteret: Athanasio epi  
scopo ceterisq; sapientibus in ecclesia dei  
viris admodum probatus. Sed z i ceteris  
siue dyalectice seu Geometrie/ Astrono  
mie quoq; vlt Arismetice disciplin. s ita ef  
set paratus: vt nullis vnq̄ philosophorū  
aliqua ex his artibus proponens obtinere  
eum vel concludere quiverit. Sed statim  
vt responsiones eius acciperet/magistrus  
eum etiā illius de qua proposuisset crede  
ret discipline: huius aliquanti dicta vel cō  
muniter disputata/vel proponentibus re  
sponsa/adhibitis notarīs describere: que  
etiā nūc in magna ammiratione habētur  
Nos tamen qui et viue vocis eius ex par  
te aliqua fuimus auditores/z ea que a nō  
nullis dicente eo descripta sunt legimus

## Undecimus

longe maiorē gratiaz z diuinū nescio quid  
ac supra humanā roces sonans/i illis ma  
gis sermonibus qui de ore ipsius pfereban  
tur agnouimus. Hunc etiam beat⁹ Anto  
nius/cum fidei athanasii testimonium la  
turus aduersū anianos de Thebaide ale  
xandriam descendisset/magnificis cōsola  
tus est verbis: Nichil te inquit offendat o  
didime/q̄ carnalibus oculis videtis or  
batus. Desūt enim tibi illi oculi/quos mu  
res et muscē z lacerte habent. Sed letare/  
quia habes oculos quos angeli habent: z  
quibus deus videtur: per quos tibi magnū  
scientie lumen accenditur.

Cap. viii. quātī ex discipulis antonii etiā  
tūc in heremo habitātib⁹ virtutes z signa  
fecerunt.

Locebat igitur egyptus ea tēpesta  
te/nō solū eruditiss i chūstiana phi  
losophia viris/verū etiam iis qui p vastaz  
heremum commanentes/signa z pdigia  
apostolica simplicitate vite z cordis sinceri  
tate faciebant. Ex quibus interiz quos ipi  
vidimus/et quorum benedicti manib⁹ me  
ruimus/hii sūt: Macharius de superiori  
heremo/aliiq; Macharius de inferiori  
Hysidorus in Scitis/Pambus in cellu  
lis/Moses et Beniamin in nitria. Sy  
briō z Helias z Paulus/i apetelio. z Ali⁹  
Paulus in Focis. Demen z Joseb in Pis  
piri/qui appellatur mons Antonii. Sed  
et alios q̄ plures huiusmodi viros in egip  
ti partibus habitare fideli comperim⁹ au  
ditu vt vere completeretur apostoli dictum  
quia vbi habūdauit peccatū/iupabūdauit  
et gratia. Habuit autē p idē tempus etiā  
Mesopotamia viros nobiles/eisdem stu  
diis pollētes. Quoz aliquātos ipsi p nos  
apud Edissam z in Carrarū partib⁹ vidi  
mus: plures autē auditione didimus.

Cap. ix. de Inciis gregoz nāzāzeni et  
sancti basilii cappadocie epi q̄ p diuersas  
mūdi ptes discurretes vbis et pdicatione  
desides succēdebant.

## Liber

Ed neutra harum infecūdiō: Cap  
padotia fuit: imo aliquid leti<sup>9</sup>/gre  
goriū cum basillo germinauit. Tulit igit  
et ipsa multoz sanctorū segetē satis letam  
produxit copiosam piorū vineā. Oliuarū  
quoq; dñi germinauit nouellā. Sed isti p  
cipue velut duo filii pinguedinis assisten  
tes dextera leuaq; candelabro/instar duo  
rum celi luminanū refulgebant. Unde di  
gnū puto de his pauca supra repetere. Am  
bo nobiles/ambo Athenis eruditi/ambo  
college/ambo de auditorio digressi/ad p  
fitendā rethorica; rogabātur. Quod op<sup>9</sup>  
magnifice quidē implebat basilus. Gre  
gorius vero magnificentius contēnebat:  
quiq; cum se totū dei seruitio mancipasset  
tātū de college amore presumpsit: vt seden  
tem Basiliū de decoris cathedra depone  
ret: ac secum ad monasteriū manu iiecta  
perduceret. Ibiq; per annos vt aiūt trede  
cim omnibus grecoz seculariū libris remo  
tis solis diuine scripture voluminibus op  
am dabant: earūq; intelligentiā nō ex pro  
pria presumptiōe/sed ex maiorū scriptis z  
auctoritate sequebātur: quos rīpos ex apo  
stolica successione itelligēdi regula; susce  
pisse cōstabat. Quorū precipue in prophe  
tas pmeētarios discutiētes/thesauros sa  
piētie recōditos i rasis fictilibus require  
bant. Verum cū iam ipsi sufficiēter istru  
cti/diuiua dispēsatione ad imbuēdos po  
pulos vocarentur/et alius alio itinere/ ad  
idem tamē opus pterq; traheretur: Basi  
lius Ponti vrbes et rura circumiens/desi  
des gētis illius animos et parū de spe fu  
tura sollicitos/stimulare verbis et predica  
tiōe succēdere/callumq; ab his lōge negli  
gētie cepit abolere: subegitq; abiectis ina  
niū rerum z seculariū curis/suimet noticiā  
recipere: in vnū coire: mōasteria cōstruere  
psalmis z bymnis et orationibus vocare  
docuit: pauperū curam gerere/eisq; habi  
tacula honesta z quecūq; ad uictū necessa  
ria sūt prebere. Virgines istituere: pudicā  
castamq; vitam omnibus pene desiderabi  
lem facere. Ita breui permutata est toti<sup>9</sup>  
prouicie facies: vt in arido et squalēte cā

## Vndecimus

po/videretur seges secūda z letavinea sur  
rexisse. Gregorius vero bonū semē nō pas  
tebatur aut super spinas iacere/aut inter  
saxa dispergere: sed bonam terram cordis  
sui iugū cultuz exercitiis idēsintibus exto  
lebat. Et multo amplius hic in semetipso  
q̄ ille inceteris proficiebat. Suscipere il  
le que renūciantes seculo deferebāt ad p  
des suos/et diuidere vt quisq; eguisset curā  
gerebat. Iste nichil habēdi z omnia possidē  
di cōtētus sacramēto/erga solas sapiētie  
diuitias/auarus et multum cupidus ihe  
rebat. Ille coire plures i vnū et sui iuicē  
in necessariis habere sollicitudinē docebat  
hic sui exēplo q̄ erat absolutus et liber cū  
ctis sermōe apostolico predicabat/ego au  
tem volo vos sine sollicitudine esse. Do  
minus in proximo est. nichil solliciti sitis/  
sed tanq̄ serui christi hoc solum estote sol  
liciti/ quando redeat dominus de nuptiis.  
Ille delinquentibus misericorditer condo  
lere/et a delicto reuocare: hic p diuini elo  
qui gratiam delinquēdi incitamenta pre  
uenire/nec sinere labi eum q̄ difficulter eri  
geretur elisus. Ille in fide purus/hic in pre  
dicatione liberior. Ille deo huilis/hic etiaz  
hoibus erat. Ille arrogantes contemptu/  
hic ratione vincebat. Sic in pterq; diuina  
gratia vnū op<sup>9</sup> pfectionis explebat. ¶ Igit  
non multo post/Basilus Cesaree Cap  
padotie episcopus cum a Valente in exili  
um p fide cogere tur/exhibi<sup>9</sup> est ad tribu  
nal perfecti/terroribusq; (vt illi moris est  
potestati) z minis maris agi cepit: vt nisi  
preceptis p̄cipis obediret/interitū sibi iā  
iamq; speraret impendi. Tum ille itrepi  
bus et absq; vlla animi perturbatiōe hoc  
sibi minanti prefecto respōdisse fertur: at  
q; p̄tinam aliquid michi esse digni mune  
ris quod offerram huic qui maturius Ba  
siliū de nodo follis huius absolueret. Cum  
q; daretur ei nox que erat media ad spatii  
deliberandi/respōdisse denuo perhibetur:  
Ego crastino ipse ero qui nūc/ tu te p̄tinā  
nō mutares. Et illa quidē nocte pro imp  
atoris velut tortorib<sup>9</sup> tradita cruciatur.  
Silius vero qui erat eis vnicus extinctus/

paterne impietatis creditur exsoluisse sup-  
 plicia. Ita ante lucem/missi sunt qui rogarēt  
 Basilium ut precibus suis intercederet pro  
 eis ne etiam ipsi et quidem multo iustius  
 similiter interirent. Sic accidit ut cum oēs  
 catholicos expulerit Valens/Basilium usque  
 ad vite exitum intemerato cōmuniōis sacra-  
 mento in ecclesia perduraret. Gregorius  
 vero apud Nazanron opidū in locū patris  
 episcopus subrogatus/hereticorum turbine  
 fideliter tulit. Reddita vero pace/Cōstā-  
 tinopolim ad ecclesiam docendam venire  
 exoratus nō abnuī. Ubi breui tempore tā-  
 tum ad emendandum populū vetustis he-  
 reticorum infectum venemis p̄fecit: ut tūc  
 primum christiani sibi fieri viderentur: et  
 nouellam lucem veritatis aspicere/cum  
 religionis doctor multa quidē verbis/plu-  
 ra tamē doceret exemplis: nec viderent ab  
 eo discipuli aliquid imperari/ quōd nō prius  
 ipse fecisset. Sed ubi gloria sua b̄secuta in-  
 uidia est/obniti quidā et proscriptionibus  
 minus sanis vti cepere: ut ipso ad propria  
 remeante alius ordinaret ep̄s. Quod ille  
 susurrari tantum/et sub dente sentiens ru-  
 minari: ipse profert quod dicere ei nullus aude-  
 bat. Absit inquit ut mei causa/aliqua simul-  
 tas in dei sacerdotibus oriatur. Si propter  
 me est ista tempestas/tollite me et mittite  
 in mare/et desinet a vobis quassatio. Tūc  
 regressus in ecclesia sua quod sup̄fuit vite  
 tempus exegit. Et quoniā fessa iam etate  
 et corpore inualidus erat/successorem sibi  
 ipse delegit: quo ecclesiam gubernāte/debi-  
 litatis et senectutis ocio frueretur. Extant  
 quoque vtriusque ingenii monimēta magni-  
 fica tractatum: quos ex tempore in ecclesiis  
 declamabant. Ex quibus nos duas ferme  
 singulorum orationunculas transfudimus  
 in latinum: basilii preterea instituta mo-  
 nachorum: optātes (si potuerimus et dei fa-  
 uor adiuuerit) eorum plura transferre. Fue-  
 runt preterea fratres duo Basilio Grego-  
 rius et Petrus: quorum alter in verbo doctrine  
 alter in operibus fidei fratrem ita exequabat  
 ut vterque vel Basilium vel Gregorium red-  
 deret. Extant etiam ipsius Gregorii iunioris

aliqua opuscula luculēta. Sed de his satis  
 dictum. In occidentis vero partibus Valen-  
 tinianus fide religionis illesus/vetere Ro-  
 mani imperii censura rem publicā guber-  
 nabat.

**Cap. x.** quomō damasus sacerdotium in  
 vrbe roma suscepit quōd prius egressus sta-  
 tim sedicio magna oritur.

Damasus post Liberianam per successio-  
 nem sacerdotium in vrbe Roma sus-  
 cepit. Quem presbiterum sibi non ferens  
 Ursinus quidam eiusdem ecclesie diaconus  
 intantum furoris erupit: ut persuaso quo-  
 dam satis imperito et agresti episcopo/col-  
 lecta turbulentorum et seditiosorum ma-  
 nu/in basilica que sauiniana appellatur/  
 episcopum se fieri extorqueret/legibus et ordi-  
 nez traditione peruersis. Quo ex facto tā-  
 ta sedicio imo vero tanta bella orta sunt/  
 alterutrum defēditibus populis: ut replerent  
 humano sanguine orationum loca. Que  
 res factione Maximini prefecti/seui hoīs  
 ad inuidiā boni et inocētis versa est sacer-  
 dotis: ita ut causa ad clericorum usque tormen-  
 ta duceretur. Sed assertor inocētie deus  
 affuit: et in caput eorum qui intenderant do-  
 lum/pena conuersa est.

**Cap. xi.** ambrosius episcopus mediolani  
 effectus est propter vtriusque populi partes  
 sibi inuicē cōtendentes.

Posterea defuncto apud mediolanum  
 Auxentio hereticorum episcopo vtrius-  
 que partis populi diuersis studiis ferebant  
 dissentio grauis/et periculosa sedicio/vrbi  
 proprie maturū parabat exitum: si pars vtra-  
 que cum diuersū vellet/nequaquam quod pro-  
 fuerat obtineret Ambrosius tunc consula-  
 res eiusdem provincie fasces gerebat. Is cum  
 pernitiē ciuitatis videret impedere/pro lo-  
 co atque officio suo/cōfestim ecclesiam seditio-  
 nis onem populi mitigaturus ingreditur. Cū  
 quod inibi multa secundū leges et publicam  
 disciplinā pro quiete et tranquillitate pora-  
 set: pugnantis inter se et dissidētis populi  
 subito clamor et vox vna cōsurgit/Ambro-  
 sium episcopum postulantes: baptizari hūc  
 protinus clamabant. Erat enim catechumis

Ista  
 hūc et  
 lati-  
 in hy-  
 sto.  
 trip.  
 li. vii  
 cap.  
 vii.

## Eiber

nus et sibi episcopū dari: nec aliter unū po-  
pulum fore atq; unam fidem/ nisi Ambrosi-  
us sibi daretur sacerdos. Obluctante illo  
et plurimū resistente/ ad imperatorē rela-  
tum populi desiderium omni maturitate iu-  
bet impleri. Dei enim ait esseq; discordan-  
tem populi fidem et animos dissidentes  
cōuersio subita in unum cōsensum atq; in  
unam sententiā reuocarit. **Mo**q; dei gra-  
tiam cōsecutus/ et initiatus sacris/ et sacer-  
dos effectus est.

**I**dē i-  
bisto-  
rip. li.  
rii.  
ca. xi  
i p. i.

**Ca. xii. d.** palētiniani morte apud illiricū  
Interea cum ad bellum sarmaticū  
Valentinianus de Gallie partib;  
uenisset Illiricum: ibi vix dum cepto bello  
egritudine subita oppressus diem obiit: re-  
lictis heredibus in imperio filiis Gratiano  
Augusto/ Valentinianoq; admodū paru-  
ulo/ et nondum regis insignibus initia-  
to. Quem tamen necessitas eorū qui tan-  
q; vacuum imperii locum conabantur in-  
uadere/ cōpulsit etiā absēte fratre purpura  
indui: p̄bo tūc p̄fecto fidelit̄ regnū gerēte.

**Ca. xiii. de** gotthorū per tracias irruptio-  
nez palētis nece deq; bonis iudicis gratiani

Et idem tempus in oriētis regno

Gotthorum gens sedibus suis pul-  
sa/ per oēs se Tracias infudit: armisq; vr-  
bes et agros vastare feraliter cepit. Tum  
vero valentis bella que ecclesiis infererat  
in hostem cepta conuerti/ seraq; peniten-  
tia episcopos et presbiteros relaxari/ exiliis  
ac de metalis resolui monachos iubet: ip̄e  
tamē ab hostibus circumuentus in predio  
quo ex bello trepidus cōfugerat/ impieta-  
tis sue penas igni exustus dedit: annis in  
imperio cum fratre primo/ et post cum fra-  
tris filiis quatuordecim pariter exactis.

Que pugna initiū mali Romano impio  
tunc et deinceps fuit. Igitur Gratian<sup>9</sup> cū  
fratre admodū paruulo post patris nece  
oriētis quoq; suscepit imperium. Is pieta-  
te et religiōe om̄s pene q̄ ante fuerant pri-  
ncipes superabat. Usu armorum strēnuus  
velox corpore/ et ingenio bonus erat: sed iu-  
uenili exultatione plus fere let<sup>9</sup> q̄ sufficie-  
bat: et pl<sup>9</sup> perecidus q̄ rei publice interat.

**D**e  
his i-  
bisto-  
rip. li.  
i. s.  
ca. vi

## Undecimus

**Cap. xiiii.** quomodo impator gratian<sup>9</sup>  
theodosiū imperii participē fecit et post mul-  
ta fortiter gesta maximi tyranni insidiis  
succubuit.

Aliq; videns vtilem virum annis  
maturū/ in tantis regni curis solu-  
it habere participem. Et quia vt sermo di-  
uinus monet/ melius duo q̄ unus/ conso-  
tem assicit Theodosium: eiq; orientis p-  
curatiōe permitta/ partes sibi ac fratri oc-  
ciduas reseruauit. Verum his postq̄ mul-  
ta religiose ac fortiter gessit/ a maximo ty-  
ranno apud Bitāneas exorto per Andra-  
gatum ducem/ Lugduni suoz magis pro-  
ditione q̄ xi hostium peremptus est.

**Ca. xv. de** palētiniano puero ac matre  
eius iustina que ecclesias perturbare cona-  
batur cui resistebat sanctus ambrosius.

Valentinianus in italia degens  
fratris nece atq; hostis metu pert-  
ritus/ simulatione oblatam pacem a Ma-  
ximo/ simulans ip̄e quoq; libenter ample-

ctitur. Cum interim iustina mater eiusdē  
ariane hereseos alumna/ impietatis sue pe-  
nena que viuēte viro suppresserat/ filio fa-  
cile decepto fidēter aparuit. Igitur apud

mediolanū posita/ conturbare ecclesiarū  
statum: p̄minari sacerdotibus depulsiōis

exilia: nisi ariminensis consilii decreta qui-  
bus fides patruz temerata fuerat reuoca-  
rent. Quo bello ecclesie murū et turrez va-  
lidissimam pulsabat Ambrosium. Cum

q; minis terroribus/ atq; om̄i oppugnati-  
onis genere fatigans/ primū sibi addituz  
debellande rimabatur ecclesie. Sed q̄uis  
illa/ iezabel spiritu pugnaret armata/ resi-

stebat tamē Ambrosius Helie virtute re-  
pletus et gratia. Ipsa autē in ecclesiis gar-  
rire/ strepere/ aiare et inflamare ad discor-  
diam populos: sed q̄ minus res ex senten-  
tia cederet/ iniuriā putare: et pro hoc apud

filium cōqueri. Unde adolescentul<sup>9</sup> pro cō-  
tumelie iuidia quā falso cōflauerat i mat-  
accēsus/ armatorū globū ad ecclesiā mit-  
tit: p̄frigi ianuas/ oppugnare scēā/ sacerdo-

tē p̄trahi atq; i exiliū agi p̄tin<sup>9</sup> iubet. S; z  
tanta fuit perseuerātia fidelium populorū

**I**dē i-  
bisto-  
rip. li.  
tri. li.  
ca. ix.  
ca. xxi.

**h**orū  
meit  
bysto-  
trip. li.  
ca. ix.  
ca. xx.

## Liber

ut aīas prius admittere q̄ ep̄m mallent.  
**Cap. xvi.** de constantia beniuoli q̄ renuit  
 adimplere inceptum regine ac deffensione  
 beati ambrosii aduers⁹ Justinā reginā

Interim dictāda aduersum fidem  
 patrū imperialia decreta mādanē  
 beniuolo/tunc memorie scriuīs presidenti  
 Sed ille cui ab incunabulis sacra fides et  
 venerabilis fuit abnegat se ip̄ia posse ver-  
 ba proferre et contra deum loqui. Tum ve-  
 ro ne inceptū regine frustrari videret/cel-  
 sior ei honor promittitur/si impleret iūcta  
 ille qui nobilior in fide esse/ q̄ in honorib⁹  
 cuperet/quid michi ait pro impietatis mer-  
 cede altiozem pmittitis gradū? Hoc ip̄o  
 quem habeo tollite: tantum michi conscie-  
 tia fidei duret illesa. Hoc dicēs ante pedes  
 precipientiū cingulum iecit. Ambrosi⁹ ve-  
 ro aduersum regine furore nō se manu de-  
 fendebat aut telo: sed ieiuniis cōtinuisqz  
 vigiliis sub altari positus/per obsecrati-  
 ones defensoriem sibi atqz ecclesie deū pa-  
 rabat. Cūqz hoc in longum diuersis ma-  
 chinis et oppugnationibus nequam Justi-  
 na moliretur: Maximus qui se ex veterē  
 tyranni infamia legitimum principē gesti-  
 ret ostendere. datis litteris impium prote-  
 statur inceptum/fidem dei impugnari: et  
 statuta catholice ecclesie subui: z inter hec  
 appropinquare Italiam cepit. Quo Ju-  
 stina comperto/ hoste simul atqz impieta-  
 tis conscientia perurgente/ fugam versa-  
 cūm filio/exilia que dei sacerdotibus para-  
 bat prima sortitur.

**Cap. xvii.** quō theodosi⁹ ult⁹ ē necē grān  
 et valētinianū ad regnū z fidem restituit.

Fuit tamen Theodosius propter  
 regni fidem/bonitatisqz ac benefi-  
 ciorum Gratiani memor: et in vindictam  
 totis riribus oriētis insurgens/ rlt⁹ est san-  
 guinem iustum. Valentinianoqz ip̄ia int̄  
 hec matre defūcta/fidē catholicā/quaz ip̄a  
 violauerat/et regnum tyrānide depulsa  
 restituit. Atqz ip̄se postea q̄ Romam illū  
 lustri triumpho inuectus est/ad ppria rur-  
 regna remeauit.

**Cap. xviii.** de theodosii p̄misso ap̄d thes-

## Undecimus

salonicēses ob necē p̄muis militis et ei⁹ pe-  
 nitencia atqz pulchra lege ab eo sancta

Ei⁹dem tempus subreptione qua-  
 dam demonis tu: pis macula religi-  
 oso principi iniecta est. Et enim cum apud  
 Thessalonicam seditione exorta/quidam  
 ex militaribus viris impetu fuisset: populi  
 furentis extinctus/repentini nuntii atroci-  
 tate succensus ad ludos circenses inuitari  
 populum/eiqz ex improviso circūfundi mi-  
 lites/atqz obtruncare passim quisqz occu-  
 risset gladio iubet: et vindictam dari nō cri-  
 mini sed furorū. Ob hoc cum a sacerdotib⁹  
 Italie argueret/agnouit delictuz: culpāqz  
 cum lachrimis professus/publicam peni-  
 tentiam in conspectu totius ecclesie exegit  
 Et in hoc sibi tempus ascriptum absqz re-  
 gali fastigio patienter impleuit. Quibus  
 omnibus illud quoqz mirabiliter adiecit  
 legem sanxit in posterum: vt sententie p̄i-  
 cipum super animaduersionez prolatae/in  
 diem tricesimum ab executorib⁹ differrent  
 Quo locus misericordie/vel si res tulisset  
 penitentie non periret.

**Cap. xix.** quomō dīna p̄uidētia speciale  
 munus theodosio cōtulit p̄pter restitutiō-  
 nez ecclīaz p̄ ipsū i oriēte catholicis factaz

Situr ad orientē regressus ē ibiqz  
 vt ab exordio principat⁹ sui sūma  
 cura sūmoqz studio pulsus hereticis ecclesi-  
 as catholicis tradere: idqz ea moderatiōe  
 agere vt pl̄tione contēpta/tātū catholicis  
 de ecclesiāz restitutione consuleret: quo fi-  
 des recta absqz predicatiōis impedimēto  
 pficeret. Cōmunē se prebere erga sacerdo-  
 tes dei: fide religiōe et munificētia/cūctis  
 regiū aimū exhibere. Accessu facilis/ z abs-  
 qz imperiali fastu ad colloquium se humi-  
 libus prebere hortatu eius et largitionib⁹  
 ecclesie pluribus in locis ornate satis/ma-  
 gnificeqz cōstructe. prestare multa poscētī-  
 bus. Sed frequentius vltro offerre. Idolo-  
 rum cultus qui cōstantini institutione et  
 deinceps negligi et destrui ceptus fuerat/  
 eodem imperāte collapsus est. Pro q̄bus  
 intantum deo carus fuit vt speciale ei mu-  
 nus contulerit dīna prouidentia. Et em̄ in

Ista  
 pul-  
 chre-  
 z dif-  
 fuse  
 tūcū  
 turī  
 hist.  
 trip.  
 li. g. c  
 30.  
 per  
 totū

## Liber

Thebaide partibus/monachum quendam  
Johannē nomine spiritu prophetico repleuit  
Cuius monitis atque responsis/pacē retine  
re an bellū gerere esset melius, sciscitabat.

Capitulum. xx. de appollinare episcopo  
eiusque heresi que in concilio rome congrega  
to per damasum papam condemnatur

Interea apud laudiciam Syrie/ante  
idem tempus Appollinaris episcopus/

Idem vir sane in cunctis instructus. Sed dum contem  
ptu apud titionis vitio nimius agitur/et aduersum omne  
pol' quod quisque dixerat ire obuius delectatur  
lina iactatione ingenii male fortis/heresim ex  
ri in contemtionem generauit:asserens solum corpus  
hy. non etiam animam a domino in dispensatione su  
frip. scepsum. In quo cum euidentibus euangelii te  
li. 6. testimoniis prgeretur/quibus ipse dominus  
cap. et saluator habere se aiam profiteretur/et po  
3A. nere eam quando uult/et iterum assume  
3. re eam/quanquam turbatam et tristem dicit esse  
usque ad mortem. Vertit se post:et ne ex toto  
vinci uideretur/ait eum habuisse quidem ani  
mam / sed non ex ea parte qua rationalis  
est/sed ex ea solum quam uiuificat  
corpus. Ad supplementum uero rationalis  
partis/ipsam uerbum dei fuisse perhibebat.  
Que assertio primo in urbe roma a dama  
so et Petro alexandrino episcopo concilio  
congregato/tali sententia depulsa est/ut  
decernerent:si quis filium dei (qui sicut ue  
re deus, ita uere homo fuit) uel humanita  
tis aliquid uel deitatis minus diceret ha  
buisse/alienus ab ecclesia iudicaret. Que  
sententia et apud Alexandria confirmata  
est/et apud Constantinopolim decreto con  
cilio Ex illo Appollinariste ab ecclesia decli  
nantes/et episcopos sibi sue patris/et dog  
mata propria ecclesiarum defendunt.

Capitulum. xxi. de episcoporum successione in  
diuersas orientis partes.

Sicut in urbe roma post Dama  
sum Siricius ecclesie suscepit sacer  
dotium. Apud Alexandria uero defuncto  
petro Theotheus:et post hunc Theophi  
lus. In ierosolymis autem post Cyrillum ioha  
nes apostolicas reparat sedes. Apud antio  
chiam uero defuncto Meletio/substituitur

## Undecimus

Flavianus. Sed quod Paulinus adhuc super  
erat/qui in catholicorum semper societate per  
manserat/multa ibi iurgia et multe con  
trouersie sepe commote;nec tamen/suma uel  
nitentibus aliis/et aliis obnitentibus/ipsisque  
in hoc elementis ferre marisque fatigatis/  
potuit aliquando pacis uellus obtineri mo  
dus:cum utique fidei iam nulla uideretur  
discordia Hoc idem apud Tyrum fuit. Ubi  
cum Diodorus uerus sane ex antiquis catho  
licis uir/et temptationum documentis probatus  
cum Athanasii testimonio a confessoribus  
esset episcopus factus/modestia eius con  
tempta alius a Meletii paribus ordinatus.  
Sed et in multis aliis urbibus orientis hu  
iusmodi confusiones contemtionem genuit sacer  
dotum. Apud Constantinopolim uero Me  
ctareus ex pretore urbano catechumenus/  
et nuper baptismum consecutus / sacerdo  
tium suscepit.

Capitulum. xxii. de seditione paganorum con  
tra christianos apud alexandria propter  
ueterem basilicam quam episcopus ab imperatore  
impetrauit.

Interea apud alexandria noui mo  
tus/et contra temporum fidem aduersus  
ecclesias concitantur / ex occasione huius  
modi oborti. Basilica quedam publici ope  
ris ueteris et admodum neglecta fuit. Quam  
Constantius imperator donasse episcopis  
perfidiam suam predicantibus ferebat. Que  
longa incuria nichil validum preter parietes  
habebat. Uisus est episcopo quod per idem tempus  
gubernabat ecclesiarum/bac ab imperatore de  
poscere/ut crescentibus fidelium populis/ora  
tionum quoque crescerent domus. Quamquam  
acceptam uellet excolere:reperta in loco sunt  
antra quedam latantia/et terre defossa:la  
trocinibus sceleribus magis quam cerimonis  
apta. Igitur gentiles quod detegi criminum suorum  
tebras et flagitiorum cauernas uiderent non fe  
rentes opta tot seculis mala/et tenebris ob  
tecta reserari:uelut draconum calice potato  
insanire omnes/ac palam furere ceperunt. Nec  
uocibus iam et seditionibus ut solebat/sed ma  
nu ferroque decertare nituntur. Crebros con  
flictus agere in plateis:bellosque aptosque



## Liber

populus inter se coire. At nostri numero et potentia multo plures/ sed modestia religionis minus feroces erant. Ex quo frequenter nostrorum plurimis vulneratis/ aliquantibus etiam interfectis/ ad templum quasi ad arcem quandam refugiebant. Quo nonnullos ex christianis captos secum adducentes/ accensis aris inolare cogebant. Renitentes nouis et exquisitis suppliciis excruciatos necabant. Alios patibulis affigentes alios contractis cruribus in speluncas precipitantes: quas ob sacrificiorum sanguinez ceterasque impuritates delubri recipiendas petustas curiosa construxerat. Verum hec per singulos dies/ primo cum metu/ deinde cum fiducia et desperatione gerere: atque intra templum clausi/ raptu et preda viuere. Ad postremum grassantes in sanguinem ciuium/ ducem sceleris et audacie sue deliquit Olympum quendam/ nomine et habitu solo philosophus: quo antelignano arcem defenderet et tyrannidem tenere et. At u quibus romanorum legum custodia/ iurisque dicendi cura permilla est cognitis que gesta fuerant/ turbati atque perterriti ad templum conuolant: causas audacie percontantur: et quid sibi pellet ille concursus in quo cum tanto scelere ante aras sanguis ciuium funderetur inquirunt. Sed illi obfirmato aditu confusis et billionis uocibus/ rationem facti nullam/ sed clamorem reddebant. Ad istos tamen ad eos nuntius/ de romani imperii potestate/ de uindicta legum/ et de his que talia olei et subiequi comonebant. Quorumque loci munitio nihil aduerum pesana molientes agi nisi uim maiore sineret: es gestas ad imperatorem referunt. Ille qui ingenita mentis clementia errantes maliet emendare quam perdere/ rescribit illorum quidem uindictam quos ante aras sanguis fusus martyres fecit non eis se postendam: in quibus dolore interitus superauerit gloria meritorum. De cetero uero malorum causam radicesque discordie/ que pro simulaculorum defensione ueniebant/ penitus debere succidi. Quibus exterminatis/ etiam bellorum causa pariter conquiesceret. Quorumque hec scripta penitent/ et uelut post

## Undecimus

indutias parui temporis ad audiendum propter quod populus conuenit et ad templum: statim ut prima epistole pagina reserata est in cuius exordio uana gentilium superstitio culpabatur/ clamor a nostris imens attollitur stupor et pauor gentilium populos innadit. Latebras unusquisque querens: angustos fuge calles rimari/ aut nostris se latenter immergere: ut ab omnibus qui aderant nosceretur dei presentia populo suo audaciam tribuente/ furorē demonis qui in illis prius debachatus fuerat effugatum.

Cap. xxiij. de constructione templi serapis et eius subuersione et unde habuit ortum illa superstitio.

Serapis apud Alexandriam templum auditum quidem omnibus puto: plerisque uero etiam notum. Locus est non natura sed manu et constructione/ per centum aut eo amplius gradus in sublime uisus: quadratis et ingentibus spatii omni ex parte distentus. Luncta uero quo ad summum pauimentum omnem euadat opere formiceo constructa. Que nullis desuper luminibus et occultis adibus inuicem/ semet distinctis/ uisum diuersis ministeriis et claudesinis officis exhibebant. Jam uero in superioribus/ extrema totius ambitus spatia occupant exedre et pastofonia/ domusque in excelsum porrecte/ in quibus pel editui/ peli quos appellabant id est que se castificant commanere soliti erant. Porticus quoque post hec omnem ambitum quadratis ordinibus distincte intrinsecus circuibant. In medio totius spatii edes erat preciosis edita columnis/ et marmoris saxo extrinsecus ample magnificeque constructa. In hac simulacrum serapis ita erat positum ut dextera unum parietem/ alterum uero leua posuisset. Quod monstrum ex omnibus generibus metallorum lignorumque compositum ferebatur. Interiores delubri parietes/ laminis primo aureis uestiti/ Super has argenteis/ ad postremum ereis habebant. que munimento preciosioribus metallis foret. Erat etiam quedam ad stuporem admirationemque uidentium/ dolis et arte composita se-

## Liber

nestra per exigua: ab ortu solis ita aptata  
 ut die qua institutum fuerat simulachrum  
 solis ad Serapem salutandum intro ferri/  
 diligenter templi foribus obseratis/ ingre-  
 diente simulachro radius solis per eandem  
 fenestram directus/ os et labra Serapis illu-  
 straret: ita ut inspectate populo/ osculo sa-  
 lutatus Serapis videretur a sole. Erat et  
 aliud fraudis genus huiusmodi. Natura  
 lapis magnes huius virtutis esse perhibe-  
 tur/ ut ad se rapiat et attrahat ferrum. Si-  
 gnū solis ad hoc ipsum ex ferro subtilissi-  
 mo manu artificis fuerat fabricatum/ ut la-  
 pis (cuius naturam ferrum ad se trahere di-  
 ximus) desuper in laquearibus fixus/ cum  
 temperate sub ipso ad libram fuisset posi-  
 tum simulachrum/ ut naturali ad se raperet  
 ferrum: assurrexisset paululum simula-  
 chrum/ et in aere pendere videretur. Et ne  
 hoc lapsu propero proderetur ministri fal-  
 latie/ surrexit aiebāt sol/ ut paledicēs. Se-  
 rapis discedat ad propria. Sed et multa alia  
 decipiendi causa a veteribus in loco fuerāt  
 constructa/ que nūc longū est enumerare  
 per singula. Verū (ut dicere ceperam) re-  
 scripto recitato/ parati quidem erāt nostro-  
 rum populi ad subuertendū erroris aucto-  
 rem. Persuasio tamen quedam ab ipsis  
 gentilibus fuerat dispersa: quod si hūana ma-  
 nus simulachrum illud contigisset/ terra  
 debiscens ilico solueretur in cabos/ celūq;  
 repente rueret preceps. Que res paululū  
 stuporem quendam populis dabat. Cum  
 ecce vnus ex militibus fide quā armis ma-  
 gis munitus/ correptam bipennē insurgēs  
 omni nisu/ maxillē veteratoris illidit. Cla-  
 mor attollitur utrorūq; populorū: neq; ta-  
 mē aut celum ruit aut terra descendit. In-  
 de iterum atq; iterum repetens/ putris lig-  
 ni fumosum genium cedit. Quodq; deie-  
 ctum/ igni adhibito tam facile quā lignum  
 aridum conflagrauit. Post hec reuulsum  
 cervicibus et depressū modio trahit caput  
 Tum pedes aliaq; membra cesa securibus  
 et rapta funibus distrahuntur: ac per singu-  
 la loca membra tūm in conspectu cultricis  
 Alexandrie/ senex vetrosus exiit: Ad ultimū

Huius  
 sila  
 chi  
 euer-  
 tio  
 tāgi-  
 tur i  
 hys.  
 tri p  
 li. ir  
 cap.  
 xviii  
 i. p. i.

## Undecimus

tūc quod sup fuerat/ i aphiteatro cōcremat  
 Et neq; superstitionis et erroris antiqui  
 ac Serapis hic finis fuit. De cuius origine  
 diuersa fertur opinio paganorū. Alii ioues  
 putant: cuius capiti modius superpositus  
 vel quia cum mensura modoq; cuncta in-  
 dicet moderari: vel vitam mortalibus fru-  
 gum largitate preberi. Alii virtutem Nil-  
 fluminis: cuius Egiptus opibus et fecūdi-  
 tate pascatur. Quidam in honorem nostrū  
 ioseph formatum perhibent simulachrum  
 ob dimensionem frumenti/ qua famis tē-  
 pore subuenit egyptiis. Alii repertū in hy-  
 storis grecorū veteribus ferunt/ apim quen-  
 dam patrē familias/ seu regem in Egipto  
 memphis positū cuius famis tēpore frumē-  
 ta apud alexandriā defecissent/ ex proprio  
 affatim ciuibus alimēta prebuisse. Quo  
 defuncto in honorem eius instituerūt apud  
 Mēphis/ templū: in quo bos quasi inditi-  
 um optimi agricolę nutritur: habens que-  
 dam coloris insignia/ qui ex nomine eius  
 apis appelletur. Soron vero/ idest sepul-  
 chrum in quo corpus eius inerat/ alexandri-  
 am deduxerunt: et soron Apis primo ex cō-  
 positione Sorapin/ Post vero per corruptio-  
 nem Serapin nominarūt. Quid verum  
 sit/ aut nichil omnino de his deus viderit.  
 Sed ad inceptum redeamus.

Ep. xviii. de fraudibus paganorū quod in illo  
 tēpore detecte sūt quapropter plurimi vere  
 religionis cultū amplexi sūt.

Est hec capite ipso ydolatrię deie-  
 cto/ studiis vigilantissimi sacerdo-  
 tis/ quecumq; fuerunt per totam Alexan-  
 driam portenta potius quā simulachra/ pari-  
 exitu et simili dedecore publicatur. Horret  
 animus dicere quā miseris mortalibus la-  
 quei a demonibus preparati sunt. Que su-  
 nera/ que scelera i illis que dicebantur ab-  
 dita tegebantur? Quot ibi infantum capi-  
 ta defecta i auratis labris inuenta sunt?  
 quot miserorū cruciabiles mortes depicte?  
 Que cum proderentur i lucem/ ac sub au-  
 ras prolata ferrentur/ licet confusione ip-

## Liber

sa gentiles et pudore diffugerent: tamen si quis adesse potuit mirabatur tot seculis se illis tam nefariis et tam pudendis fraudibus irretitum. Unde et plurimi ex his condemnato errore/et scelere deprehēso. fidē christi et cultum vere religionis amplexi sunt. Nam ut omittam cetera flagitia/ q̄ in aliis locis/ v̄i necatis paruulis / despiciatq; ob fibrarum inspectionem virginib⁹ gerebantur/ vnū solū modo quod in tēplo saturni geri ad omniū penit conscientiaz memorabo. Ex quo etiā cetera que omisi/ mus perpendantur.

**Cap. xxv.** quomō detecta est fraus cuiusdam sacerdotis saturni qui tyrānus dicebatur qui arte callida adulteriū ī tēplo cū mulieribus alexandrie cōmittebat.

Sacerdos erat apud eos saturni/ Tyrannus noīe. Sic quasi ex responso numinis / adorantibus in templo nobilibus quibusq; et primariis spiris quorum sibi matrone ad libidinem placuissēt / dicebat Saturnū precepisse / vt vxor sua pernoctaret in tēplo. Tuz is qui audierat / gaudēs q̄ vxor sua dignatione numinis vocaret / Exornataz comptius / insuper et donariis onustā / ne vacua scilicet repudiaret / cōiugem mittebat ad templum. In conspectu omniū conclusa intrinsecus matrona / tyrannus ianuis clausis et traditis clauib⁹ discedebat. Deinde facto silentio p̄ occultos et subterraneos aditus intra ipsū Saturni simulachrum patulis irrepebat cauernis. Erat autē simulachrum illud a tergo erectum / et parieti diligenter anexam: ardentibusq; intra edem luminibus / intēte supplicantiq; mulieri vocē subito p̄ simulachrū eris cōcaui proferebat: ita vt pauore et gaudio infelix mulier trepidaret: q̄ dignā se tanti numinis putaret alloquio. Posteaq; vero que libitū fuerat vel ad cōsternationē maiorem / vel ad libidinis icitamentū diseruisset numen impurū: arte quadam lineolis obductis repente lumina extinguebant vniuersa. Tū descendēs obstupefacte et cōsternate muliercule adulteriū

## Undecimus

fucū profanis cōmētationibus inferebat. Hec cum per omnes miserorū matronas multo iam tēpore gererentur: accidit quādam pudice / mentis feminaz homuisse facinus: et attentius designantem cognouisse vocem Tyrāni: ac domū regressam / viro de fraude sceleris indicasse. Ille de iniuria cōiugis imo potius sua ardentius inflamatus / inscriptū Tyrānū ad tormēta deducit. Quo conuicto atq; confesso / ceterisq; fraudibus reuelatis / pudor om̄s / et dedecus paganorū puaserat domos: adulteris matribus / incertis patribus / liberis spurii deprehensis. Quibus diuulgatis et proditis / raptim cū simulachris et edibus excidebantur et crimina.

**Capitulum. xxvi.** de inicio simulachri canopi apud egyptum et eius destructione p̄ theophilum facta.

Am vero Canopi quis enumeret superstiosa flagitia: vbi pre textu sacerdotalium litterarū (ita etenim appellant antiquas Egyptiorum litteras) magice artis erat pene publica schola. Quē locum velut fontē quēdam atq; originem demonum intantūpenerabantur pagani vt multo ibi maior celebritas q̄ apud Alexandriaz haberetur. Sed de huius quoq; monstri errore cuiusmodi originez tradāt absurdum nō erit paucis exponere. Serūt aliquando Caldeos ignem deum suū circumferentes / cum omniū prouinciaz deis habuisse conflictuz. Quo scilicet qui vicisset / bic esse deus ab oibus crederetur. Reliquaz puiciāz dii eris aut auri argētiue aut ligni / vel lapidis / vt ex quacūq; materia constabant: q̄ per ignem proculdubio corumperetur. Ex quo fiebat vt ignis locis omnibus obtineret. Hec cum audisset Canopi sacerdos / callidum quiddā excogitauit. p̄drie fieri solent in egypti partib⁹ fictiles / v̄ndiq; crebris et minutis admodū foraminibus patule: quib⁹ turbida aqua desudans defecatioz ac purior reddit. Harum ille p̄ nam / cera foraminibus obturatis / de super etiam variis coloribus pictā aqua repletā / statuit vt deum. Et excisum

## Liber

reteris simulachri (quod Benelai guber  
natoris ferebat) caput de super positū dili  
genter aptauit. Assūt post hec caldei. Itur  
in conflictum: circa ydriā ignis accenditur  
cera qua foramina fuerāt obturata resol  
uitur: sudante ydria ignis extinguit. Sa  
cerdotis fraude. Lanopus Caldeo: uis vi  
ctor ostēditur. Unde ipsum Lanopi simu  
lachrum/pedibus perexi: uis attracto col  
lo et quasi sugillato/ventre tumido/i mo  
dum ydrie cum dorso equaliter tereti for  
matur: et ex hac persuasione/velut deus  
victor omnū colebatur. Sed p̄fecerit hec  
fortasse aliquādo Chal̄eis: Nūcpeio ad  
uentate sacerdote d. i Theophilo / nullus  
profuit sudor/nec ceris si aus oblecta sub  
uenit. Vastata sunt omnia atqz ad soluz  
deducta.

Capitulum. xxvii. de ecclesiis et martyris  
que i ydolorū locis cōstruete sūt.

Ed nichil gestum est quod in squa  
lorē perteret locū flagitiorū. Cauer  
ne ac peternosa busta/ delecta sunt/et veri  
dei templa ecclesieqz constructe. Nam et i  
Serapis sepulchro p̄phanis edibus com  
planatis/ex vno late: e martirium / ex al  
tero consurgit ecclesia. Occasio autē mar  
tyrii cōstruendi vnde data sūt/dignū ar  
bitror memorare.

Cap. xxviii. de sepulchro iohānis viola  
to et reliquiis eius apud alexandriā p̄ atha  
nasium sub cauato pariete sacrarii con  
seruatis.

Aliani temporibus/velut relaxa  
tis frenis/efferbuit in omnem scui  
tiam feritas paganorum. Ex quo accidit  
vt apud Sebastem Palestine vrbē/sepul  
chrum iohānis baptiste mente rabida et  
funestis manibus inuaderent: ossa di per  
gerent: atqz ea rursus collecta igni crema  
rent: et sanctos cyneres pulueri immixtos  
per agros et rura dispergerēt. Sed dei pui  
dentia factum est/quo dā de Jerosolim s  
ex monasterio philippi hominis dei/oratio

## Undecimus

nis illud causa per idem tempus venisse.  
Qui cum tantum nefas humanis quidē  
manibus/sed ferina mente fieri viderent  
mozi gratius habētes q̄ huiusmodi pia  
culo funestari / inter eos qui ossa ad eru  
rendum legebant mixti/diligentius i quā  
tum res patiebatur ac religiosius congre  
gantes/furtim se vel stupētibus vel insa  
nientibus subtraxere: et ad religiosū pati  
Philippum venerādas reliquias p̄tulere.  
Ille supra se ducens tantum thesaurū pro  
p̄ris seruare vigiliis/ad pontifices maxi  
mum tunc Athanasium/hostie immacu  
lae reliquias per Julianum diaconū tuuz  
post etiā Parentine vrbis episcopū mittit  
Quas ille susceptas paucis arbitris sub  
cauato sacrarii pariete inclusas/p̄phético  
sp̄ritu profuturas generationi postere cō  
seruauit. Quibus/tunc deiectis et p̄ostratis  
ydolarum: riet estiguis in edibus quorūdam  
profanis aurea tecta cōsurgere. S; post  
occasum serapis qui nūq̄ vixerat, que iam  
alterius demonis stare de uba potue. unt  
Parum dixerim/si omnes que erant Ale  
xandrie p̄ singulas pene columnas cuius  
cumqz demonis edicule infule ceciderunt  
Sed per cunctas Egypti vrbes p̄ castella  
per vicos/p̄ omne rus/p̄ ripas luminis/p̄  
heremū quoqz si qua fana seu poti<sup>9</sup> busta  
reperiri potuerūt: instantia p̄nuis cuiusqz  
episcopi/obruta et ad solum deducta sunt  
ita vt rus denuo culture redderetur/qd̄ in  
iuste fuerat demonibus deputatum.

Cap. xxix. de thoracibus serapis apud ale  
xandriāz abrahis et signo crucis dñice loco  
eorum reddito propter cuius signi amira  
tionē multi conuertebant ad fidem.

Ed et illud apud Alexandriam ge  
stū est: q̄ etiā thoraces serapis/q̄ p̄  
singulas quasqz domos in parietibus in  
gressibus et postibus etiam/ac fenestris  
erant/ita abscisi sunt omnes et abrahi/vē  
ne restigiū quidē vsq̄ vel nois appellatio  
aut ipius aut cuiuslibet alteri<sup>9</sup> demonis  
remaneret. Sed p̄ his crucis dñice ignuz

Idē  
hysto  
ri  
vi. ca  
p. b

## Liber

vnusquisq; in postibus i ingressibus i fene-  
stris i parietis colūnisq; depigeret. Quod  
cum factum ii qui superfuerāt ex paganis  
viderent/ in recordationē rei magne ex tra-  
ditione sibi met antiquitus cōmendate pe-  
nisse perhibentur. Signū hoc nostrū domi-  
nice crucis/inter illas quas dicunt hierati-

as/id est sacerdotales litteras hēre egypti-  
tū dicuntur. velut vnum ex ceteris lictera-  
rum que apud illos sunt elementis Quins  
littere seu vocabuli hanc esse asserunt int-  
pretationē. Vita ventura. Dicebāt ergo  
ii qui tunc ammiratione rerum gestarum  
conuertebantur ad fidem/ita sibi ab anti-  
quis traditum/ q; hec que nūc coluntur tā-  
diu starent/quādiu viderēt signū istud ve-  
nisse i quo esset vita. Und accidit vt magis  
ii qui erant ex sacerdotibus vel ministris  
templorum ad fidem conuerterentur/ q;  
illi quos errorū prestigia et deceptionū ma-  
chine delectabant.

Cap. xxx. quomō maior fuit inundatio-  
nili post serapis subuersioēz q; āteapt. oñ-  
deret deus nō serapim sed se q; aquas flu-  
minis iubebat crescere.

Ane qm̄ moris erat in Egypto/vt  
mensura ascendētis Nili fluminis  
ad templum Serapis deferret/velut ad in-  
crementi aquarū et inundationis auctorez.  
Subuerso eius simulachro igniq; cōsupto  
omnes simul negabant serapi iniurie me-  
morem/aquas vltra et affluentiam solitā  
largiturum. Sed vt ostenderet deus non  
Serapim qui multo erat Nilo posterior/  
sed se esse q; aquas fluminis tēporib⁹ suis  
suberet crescere/tāta ex eo et deiceps fuit  
inundatio/quanta fuisse prius etas nulla  
meminerat. Et ideo vlna ipsa/idest aque  
mensura/quam Poechim vocāt/ad aqua-  
rum dominū i ecclesia cepta deferri. Sed  
vbi hec gesta religioso principi nūciata sūt  
extentis ad celum palmis/cum ingēti fert  
exultatione dixisse: Gratias tibi chrisite/ q;  
absq; vrbis illius magna pernitie/tam ve-  
tustus error extinctus est

Cap. xxxi. de valētiniāno iuniorē qui la-  
queo vitā finiuit.

## Vndecimus

Valētiniānus i occiduis  
partibus animis quantū etas pa-  
stebatur ardentibus/rem publicam gerēs  
causis etiam nunc latentibus laqueo vitā  
finiuit Sed hoc quidam dolo ducis sui Ar-  
bogastis factū confirmabāt. Idq; q; ma-  
xime publica tenebat opinio. Alii a cōmis-  
so quidem scelere ducem alienum dicebāt  
sed causas prestittisse quibus in hoc adole-  
scens animi indignatione cogeret: q; mi-  
nusei tanq; per etatem nondum valido/li-  
bera de indulgeret imperia. Fuere tamen  
nonnulli sacerdotum/qui pacis ab eo qui  
post creatus est legatio ne suscepta/immu-  
nez esse ducē a mortis scelere apud Theo-  
dosium testarentur.

Cap. xxxii. quomō theodosi⁹ egre ferens  
mortē valentiniani arma cōtra eugenius  
corripit.

Ed ipse nichilo segnius inflamma z q; se-  
tus a sed vltionem arma cōtra Eu quū  
genium qui in loco defuncti substitutus ē vsq;  
corripit: Dei priuolūtate p Jobānez mo ad fi-  
nachum de quo supra memorauimus sci: nē li-  
scitatus. Tum ille/qui primam de Maxī bī tā  
mo ei victoriam predixerat incruentā/etiā gunt  
hanc licet non absq; plurima vtriusq; san i by.  
guinis inundatione promittit. trip.

Cap. xxxiii. de apparatu belli ac victoria  
theodosii cōtra eugenium orationibus ma-  
gis q; virtute patrata.

Situr preparatur ad bellū nō tam  
armoz telozq; q; ieiunioz oratio-  
nūq; subsidiis: nec tā excubiāz vigiliis/q;  
obsecrationū p noctatione munit⁹: Circū-  
bat cū sacerdotibus z pplō oia orationūz  
loca: ante martyz z aploz thecas iacebat  
alicio prostratus: et auxilia sibi fida sācto-  
ruz intercessione poscebat. At pagani quē  
errores suos nouis semp erroib⁹ animāt  
innouare sacrificia/et Romā funestis vi-  
ctimis cruentare. Inspicere exta pecudūz  
z ex fibiarum prescientia/secuturam Eu-  
genio victoriam nunciare. Superstitiosus  
hoc agente et cum omī animositate Fla-  
uiano tūc prefecto: cui⁹ assertionib⁹ (mag-  
na enim erat eius in sapiētia progatua)

de hic  
tia in  
psto.  
